



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio decimaseptima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Magistri Durandi de

DISTINCTIONE X VII.

Divisio littera in generali & speciali.

IAM nunc autem accedamus. Superioris magister de terminatur de missione Spiritus sancti visibili. In ista distinctione determinat de eius missione in visibili. Et dividitur in duas partes. Primo determinat suum intentum ostendendo mentem vel opinionem suam. Secundum mouet quasdam incidentes questiones. Secunda ibi. Iten queritur si charitas. Prima est praesentis lectionis. Et dividitur in tres. Primo enim ponit suum intentum in generali. Secundo prosequitur. Tertio confirmat. Secunda ibi. Nunc autem intelligimus. Tertia ibi: Nec autem in re creata. Et haec ultima dividitur in quatuor. Primo ostendit quod charitas est Deus. Secundo specialiter quod charitas est Spiritus sanctus. Tertio excludit quandam responsonem. Quartus ostendit quomodo Spiritus sanctus dicetur dari vel mitti. Secunda ibi. Tunc autem fraterna dilectio. Tertia ibi. Sed ne forte. Quarta ibi. Tunc enim mitti vel dari. Hac est divisio & sententia in generali.

2 In speciali sic procedit Magister. Et primo ponit quod Spiritus sanctus temporaliter datur vel mititur in visibili liter. Postea dicit quod Spiritus sanctus charitas est quia diligimus Deum & proximum. Et tunc datur nobis vel mititur quando facit nos diligere Deum & proximum. Postea ostendit per multas autoritates August. quibus probat, quod dilectio qua diligimus Deum vel proximum facit nos manere in lumine & sine qua non datur vivere. Quod charitas Deus est ut probatur per canonicanum Iohannis. Post ostendit talis ratione quod Spiritus sanctus charitas est, maius donum inter dona. Dei est Spiritus sanctus qui facit nos manere in Deo & Deum in nobis, ergo Spiritus sanctus est charitas. Postea excludit quandam rationem, posse enim dicere aliquem quod hoc est per causam, sicut dicitur deus est pars nostra spes nostra. Et respondet Magister quod non: quia sicut dicitur Deus est pars nostra mea quod non inuenitur dictum Deus charitas mea, sed Deus charitas est. Postea dicit quod Spiritus sanctus dari quod nos facit Deum diligere & proximum. Ostendit etiam quod charitas est excellenter inter omnia dona, quia excellentiores facit effectus, ideo spiritus sanctus qui dicitur donum Dei dicitur ipsa charitas. Et in hoc terminatur sententia istius distinctionis.

QVÆSTIO PRIMÀ.

Vtrum necessarium sit charitatem esse habitum creatum ut homo sit Deo charus.

Tho. 22. q. 13. ar. 2. de Aliaco. 1. q. 9. ar. 2.

Circa distinctionem istam queruntur tria in generali de charitate. Primum est de eius necessitate. Secundum de eius augmento. Tertium est de eius diminutione. Circa primum queruntur tria. Primum est quod sit necessitas ponendi charitatem esse aliquem habitum creatum. Secundum est vitrum detur secundum proportionem naturalium. Tertium est vitrum habens charitatem possit cognoscere se habere eam. Adhuc circa primum duo queruntur. Primum est vitrum necessarium sit charitatem esse habitum creatum ad hoc ut homo sit Deo charus. Secundum est, vitrum necessarium sit ponere eam habitum creatum ad hoc ut per eam homo mereatur vitam aeternam. Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod necessarium sit charitatem esse habitum creatum in homine ad hoc quod homo sit Deo charus, quia nullus potest effici de non grato gratias, vel de non charo charus nisi per aliquam mutationem factam in ipso vel in altero, sed homo efficitur de non grato gratias, & non per aliquam mutationem factam in Deo, ergo per aliquam mutationem factam in ipso, sed nulla mutatione fieret in homine nisi gratia esset aliquid creatum in ipso, non actus qui transiit & homo remanet gratias, ergo habitus.

2. Item sicut a fide dicitur aliquis fidelis ita a charitate dicitur charus. sed propter primum necessarium est fide esse aliquid creatum, ergo propter secundum necessarium est charitatem esse aliquid creatum.

3. IN CONTRARIUM arguitur, quia esse Deo gratum est esse a Deo dilectus, sed dilectio Dei est in Deo diligenter & non in homine dilectus, ergo ad hoc quod homo

Sancto Porciano

fit Deo gratus non requiritur quod in eo sit aliquid de novo cauatum nec actus nec habitus.

4 R E S P O N S I O. eadem est necessitas ponere gratiam esse habitum creatum sicut charitatem & ceteros. Et ideo de virgo deducitur questione: & sic ad questionem istam dicenda sunt tria. Primum est quod homo potest esse, & est Deo gratus & charus antequam habeat gratiam & charitatem sibi formaliter inherenter. Secundum est quod ad esse Deo gratum vel charum non sequitur necessario necessitate absoluta quod homo sit habitus quandoque gratiam vel charitatem sibi formaliter inherenter. Tertium est quod ad esse Deo gratum vel charum sequitur necessario necessitate conditionata (scilicet ex suppositione ordinatio diuina) quod homo sit habitus quandoque gratiam & charitatem habitualiter formaliter inherenter.

5 Primum patet sic, effectus sequitur suam causam efficientem tempore vel natura, sed omne bonum habitus le quod est vel esse potest in homine, est effectus ab eo quod est esse deo gratum vel charum, ergo omne bonum habitus sive gratia sive charitas, sive quocunq; aliud sequitur natura vel tempore id quod est in homine esse Deo gratum vel charum, ergo prius homo natura vel tempore est Deo gratus vel charus qui habeat gratiam vel charitatem sibi formaliter inherenter. maior de se patet, minor probatur, quia principium cuiuslibet liberalis communicationis est amor. Quicquid enim datur homini a Deo datur liberaliter & non aliqua necessitate vel obligatione, ergo datur ex amore, sed esse Deo gratum vel charum est esse a Deo amatum vel dilectum, ergo quicquid datur homini a Deo est effectus ab eo quod hominem esse Deo gratum vel charum. & hec fuit minor, sequitur ergo conclusio quod prius natura vel tempore est homo Deo gratus & charus qui habeat gratiam vel charitatem sibi formaliter inherenter quod fuit primum propositum: illa tamē denominatio est extrinseca sicut est anatum vel dilectum.

6 S E C U N D U M patet, scilicet quod ad esse Deo gratum vel charum non sequitur necessario necessitate absoluuta quod homo sit quandoque habitus gratiam vel charitatem habitualiter sibi inherenter, quia anima vel diligere aliquem nihil aliud est quam velle ei bonum, ut habetur. R. sed Deus potest vel eis homini bonum, & sumnum bonum cuiuspius est capax (scilicet beatitudinem) absq; hoc quod velit ei dare gratiam habitualiter vel charitatem quantum est de potentia absoluta secundum quam Deus potest dare & homo recipere gloriam vel beatitudinem sine gratia habituali piauita, ergo ad esse Deo dilectum vel ad esse Deo gratum vel charum non sequitur ex necessitate absoluta quod homo sit quandoque habitus gratiam vel charitatem habitualiter: & sic patet secundum.

7 T E R T I U M patet, scilicet quod ad esse Deo gratum vel charum denominatio extrinseca sequitur ex suppositione divinae ordinacionis quod homo sit quandoque habitus gratiam vel charitatem habitualiter secundum quam dicitur formaliter gratus denominatio intrinseca, quia dilectio dei est causa aliquius boni in eis quem diligit, cum diligere sit velle bonum, velle autem Dei est causa talium boni & non cauatum ab eo, inter bona autem quorum dilectio dei est in nobis causa, est ordo ex divina dispositio, quia cum beatitudo sit finis & terminus nostrae regenerationis & premium nostrarum actionum sicut via precepit terminum, & meritum praeedit premium, sic dona que perficiunt nos pro statu via ad merendum (ut gratia & charitas) praecedunt dona que perficiunt nos ad videntium & fruendium deo. Et ideo ex dilectione qua Deus diligis nos ut capaces sui per visionem & fruitionem cauatur in nobis primum dona via quae sunt ad merendum, & videnti dona patris: inter autem dona via potissimum sunt gratia & charitas quibus sumus grati & chari denominatio ne formaliter & intrinseca, propter quod ad esse gratum vel chari denominatio extrinseca sequitur ex divina dispositio quod cauatur in nobis gratia habitualis & charitas. Quare autem aliquod donum dicitur gratia vel charitas & non omnia, cum tamē omnia donantur in nobis a Deo ex eius gratia sive chara dilectione.

8 Ratio

Lib. I. Distinctio XVI.

8 Ratio est, quia quedam perficunt nos ad hoc ut actus nostri acceptentur a Deo, & quidem ut remunerant vita eterna, quia hoc est summum bonum quod potest comunicari creaturæ, ideo talia dona dicuntur per quamdam excellentiam gratia vel charitas, quia sunt in nobis a Deo non solum ex communione dilectione qua diligit bonus et malos, sed ex speciali & chara qua diligat ut filios adoptivos ad participationem boni qui ipse est bonus. Alia autem dona que non ordinant immediate ad tale meritum nominantur ceteris nominibus secundum actus ad quos dantur. Est etiam hic notandum quod cum omnibus denominatione extrinseca habeat ortum ab illa quae est intrinseca sicut sanum dictum de medicina, diaria, & vrina ortum habet ex hoc quod animal dicitur sanum formaliter ut subiectum sanitatis. Denominatio tamen extrinseca qua quis dicitur Deo gratus, vel charus hoc est chara dilecti non habet ortum ex denominatione qua homo dicitur gratus vel charus per aliquem habitum inherenter, sed potius hoc ab illa, habet autem ortum ex hoc quod Deus dicitur chara nos diligens & nos per consequens chara dilecti & dona predicta dicuntur gratia vel charitas.

9 A D A R G V M E N T A vtriusque partis patet responsio ex predictis. Cum enim primo dicitur quod nullus potest effici de non grato gratus nisi per aliquam mutationem concedatur. Et tunc ad minorem dicendum est quod quantum ad solam denominationem extrinsecam nullus efficitur de non grato gratus: quia esse sic gratum est esse a Deo dilectum, & hoc est eternum, sed effectus huius dilectionis in via & in patria quantum ad dona gratia & gloria non est eternus, immo secundum ea efficiunt homo de non grato gratus & talia ponunt aliquem habitum in nobis secundum quem sit in nobis mutatio exterx excelsa.

10 Ad secundum dicendum quod non est simile de hoc quod est esse fidelem & de hoc quod est esse gratum vel charum, quia nullus dicitur fidelis ex sola denominatione ex trinseca, sicut potest dici gratus vel charus ex hoc solo quod est ab alio sic dilectus. Et ideo prima denominatio qua quis dicitur esse fidelis arguit in ipso aliquod formaliter ipsum perficiens sive sit habitus sive actus, sed denominatio qua quis dicitur Deo gratus vel charus non requirit necessario aliquid formaliter inherenter homini per quod dicatur charus vel gratus. Sed est denominatio extrinseca ex diuina dilectione confusus ad quam iuxta diuinum beneplacitum sequitur in nobis aliquod formaliter nos persificans.

11 Ad argumentum in oppositum dicendum est quod quantius dilectio Dei non sit in nobis, sed in Deo: tamen ex ea sunt in nobis dona gratia secundum quod dicimus gratia formaliter denominatio intrinseca per modum inherenter. Et ideo licet esse a Deo dilectum non coegerat necessario gratiam habitualis ipsa tamen sequitur ad hanc secundum diuinam ordinacionem, ut dictum est.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum necesse sit ponere gratiam habitualis ad merendum.

Thes. 1, 2, q. 169, art. 2, C. 114, art. 2.

A Secundum sic proceditur. Et arguitur quod non sit necessarium ponere gratiam vel charitatem habituam in merendo, tam ad hoc ut mereamur aliquid apud Deum, quia sicut se habet fides ad actum credendi sic charitas ad actum merendi, sed sine fide habituali & insensa potest homo omnia credere: ergo sine charitate habituali & insensa potest homo in actum merendi. Maior patet per simile. minor patet, quia hereticus carens fide insensa credit multos ex articulis, & eadem ratione potest omnia credere.

2 Item actus qui sunt eiusdem speciei in esendo sunt eiusdem efficacia in agendo, sed actus diligendi Deum ex charitate & actus diligendi Deum sine charitate sunt eiusdem speciei in esendo ut probabitur: ergo sunt eiusdem efficacia in agendo: ergo si unus est meritorius & aliis, & ita charitas non est necessaria ad merendum, probatio minoris primo, quia actus precedentibus habitus acquisitos sunt similes (& per consequens eiusdem speciei) cum actibus sequentibus, ut patet ex. Ethic. Et videtur idem esse de actibus precedentibus habitus infusos & de

& Quæstio II.

sequentibus cum tales habitus minus dependeat ex actibus precedentibus: nec plus faciant ad actus sequentes, quare, &c. Secundo, quia si actus diligendi Deum ex charitate & sine charitate different species, homo potest inter eos clare distingue, quia non essent similes, & si homo potest scire per certitudinem vtrum diligenter Deum ex charitate vel non, & per consequens vtrum haberet charitatem vel non, quod nullum dicit.

3 Item si charitas requireret propter meritum aut hoc esset propter meritum de congruo vel de condigno, non propter meritum de congruo, quia tali merito peccator qui caret gratia meretur suam iustificationem, nec propter meritum de condigno, quia nonnulli dicunt quod nihil potest apud Deum mereri de condigno, ergo secundum istos videatur quod gratia vel charitas habitualis non est pondenda in nobis propter aliquod meritum.

4 IN CONTRARIUM arguitur, quia omnis actus voluntatis sine gratia vel charitate est pura naturalis. Si ergo gratia non sit necessaria ad merendum sequitur vel quod ex puris naturalibus possumus mereri quod est heres Pelagiana: vel quod nihil omnino possumus mereri, quod iterum est contra fidem.

5 RESPONSIOS, omnes ponunt charitatem incrementam quam est Deus secundum illud, Ioan. 4. Deus charitas est. Item ponunt aliquam charitatem creatam quod potest sumi duplificiter, uno modo pro actu quo diligimus & hanc omnes concedunt: vel pro habitu informate voluntarem & ei inherente. & hanc negat Magister in litera: ponit enim ex gratia existente in essentia animæ non est necesse aliquem habitum esse in voluntate quo elicatur actus dilectionis meritorie, sed ipsum immediate elicet spiritus sanctus: Et quia aliqui videntur fulcire hanc opinionem: ideo procedetur sic: quia primo ponetur fulcimentum quo isti fulcunt opinionem Magistri Sententiarum, & reprobabunt, & secundo respodetur ad questionem.

6 QVANTVM ad primum scidum est quod quidam defendunt opinionem Magistri sic, dicunt enim quod actus charitatis differt ab actu fidei & spei in duobus: primum est, quia actus fidei & spei includunt imperfectionem in sua essentia, actus autem charitatis non, licet habeat in perfectionem adiunctionem pro statu viae. Illa enim imperfectio non est de essentia charitatis. Secunda differentia est quae sequitur ex prima, scilicet quod actus fidei & spei non manent in patria, quia includunt imperfectionem: Cum autem venerit quod perfectum est, evanescit quod ex parte est, prima ad Corinth. decimo tertio, sed actus charitatis manet in patria: quia nullam imperfectionem includit.

7 Ex hoc arguitur sic, perfectus actus elicetur a perfecto agente sine medio, sed imperfectus non elicetur a perfecto agente nisi mediante alio, sed actus charitatis est perfectior quam actus fidei & spei qui sunt imperfecti, ergo actus charitatis immediate elicetur a spiritu sancto, qui est agens perfectissimum, sed actus fidei & spei tantum imperfecti non elicuntur a spiritu sancto, nisi mediante habitibus creatis scilicet fide & spe.

8 Secundo sic, actus visionis in patria qui est perfectus elicetur immediate a deo absque specie, in via autem non propter suam imperfectionem. Cum ergo charitatis tamen via quod patria sit actus perfectus, videtur quod absque medio habitu elicatur in nobis a Deo vel a spiritu sancto, tam in via quam in patria. Et ita Magister negat omnem habitum in voluntate necessarium ad elicendum auctum dilectionis meritorie. Supponit tamen gratiam esse in anima. Sine gratia autem non est meritorum. Et licet de hoc non faciat mentionem expressam in loco isto, in secundo tamen lib. hoc expressum dicit in pluribus locis.

9 Quicquid autem sit de conclusione, rationes tandem non valent. Primo quia effectus qui dependet ex pluribus causis necessario est perfectior quanto vnaquaque earum est perfectior, sed velle meritorum secundum istos dependet a Deo, sicut a principio effectu immediate, conflat etiam quod dependet ex nostra voluntate sicut a causa subiectiva & recipiente, ergo tanto velle nostrum est perfectius quanto vnumquodque principiorum est perfectius, sed voluntas est perfectior cum habita

Magistri Durandi de

bitu bono & virtuoso quam sine habitu à quocunq; ipsa mouetur, ergo propter perfectionem actus non est tollen^{9.1.} dus habitus à voluntate sed potius ponendus.

10 SE C V N D O quia secundū istos visio patrie que est perfectissimus actus, sicut eliciatur sine specie reprobante, nō tamen sine habitu luminis glorie eleuāte intellectum & confortante, ergo perfectio actus non excludit omnem habitū imo potius ponit & re vera sic est, nullus enim dubitat quād habitus virtuosus requiratur ut perficiat potentiam in relatione ad actum: virtus enim est quae habentem perficit & eius opus bonum reddit.

11 Tertio quia Deus immediate ita est causa imperfectorum sicut perfectorum. Causa enim ita immediate materialiam primam sicut angelum, ergo differentiam actuum charitatis secundum rationē perfecti & imperfecti non facit q̄ actus fidei, & spei eliciantur à Deo mediabitibus, actus autem charitatis sine habitu.

12 Quarto, quia rationes istae concludit quod ad meritariam dilectionem non oportet ponere gratiam in voluntate, sed q̄ faciat totum spiritus sanctus immediate: cum ergo gratiam in anima sicut nec gratiam in voluntate ponant & charitatem negent, videtur quod male, & sic patet primum.

13 Quantum ad secundum primo ponetur quædā distinctionē de merito & deinde per trahitabitur quæstio secundum membra distinctionis. Quantum ad primū notandum est q̄ cum meritorum dicatur actio per quā ei qui agit efficit debitum aliquid dari, sicut est duplex debitum, ita est duplex meritorum, quod dām est debitum de condigno quando ex natura & cōditione operis efficit homo dignus ut ex iustitia sibi redditur talis merces propter qualitatem inter opus et mercedem secundū iustum testimoniū. Aliud est debitum de congruo quando non debetur talis merces ex natura operis, sed redditur solum ex liberalitate dantis, aliquid enim congruum est liberaliter dare quod alius non meruit ex condigno recipere meritorum, ergo de condigno respicit debitum primo modo dictum, meritorum autem de congruo respicit debitum secundo modo dictum.

14 Hoc supposito dicendum est quod ad merendum solum de cōgruo non est necessarium ponere in nobis gratiam vel charitatem habitualem quo patet quia secundū omnes peccatores carēt gratia penitēti meretur de congruo gratia iustificante, vt tangebatur in arguendo ad quæstionē. Congruum enim est vt bene videnti bonis natura propter deum det deus bona gratia. Idem patet de gloria, posset enim deus de potentia absoluta facere q̄ gloria vel beatitudine caderet sub talis merito. Si enī Christus data est beatitudine animæ sine illo merito, fortiori ratione posset deus gloriam dare cūcūq; homini pro solo opere bono gratia non informato, vt sicut meremur gratiam per opus non informatum gratia, sic meremur gloriam per opus cōfimile. Quemadmodum enim pro consimili actu rex militi quandoq; dat equum, quandocunq; castrum dat. Sic deus pro eodem opere bono ex genere & circūstantiis posset absq; gratia de potentia absoluta dare gloriā sive paradisi tanquā castrum pro quo nunc dat gratiam, vel charitatem tanquam equum quā nunq; excidit & vtrobisq; est meritorum solum de congruo. Ratio autem omnium istorum est, quia meritorum de congruo plus innititur liberalitati dantis quam valori operis. Date autem gloriā pro opere bono ex genere & circūstantiis pro quo nunc datur gratia iustificans nō excedit, imo nō adaequat liberalitatem diuinam, ergo beatitudine vel gloria posset de potentia dei absolute cadere sub merito talis operis, sicut nunc cadit gratia & sic propter tale meritorum non est necesse ponere gratiam vel charitatem esse habitum creatum in anima.

15 De merito autem de condigno est subdistinguedum, quia quodam est meritorum de condigno dictum propriū & strictè & aliud largè. Primum meritorum de condigno strictè & propriè sumptum est actio voluntaria propter quā aliquid merces debetur ex iustitia, sic q̄ si non redatur ille ad quem pertinet reddere iniuste facit & est similius & propriè iniustus. Et tale meritorum de condigno inuenitur inter homines, sed nec est nec esse potest hominis ad Deum, sicut probabitur lib. 2. d. 26. & nunc supposi-

Sancto Porciano

natur. Et ideo propter mesum de condigno (cum sit homini simpliciter impossibile) nō est ponendum in nobis gratiā vel charitatem habitualem. Aliud est meritorum de condigno largè sumptum pro quadam dignitate quam deus ex sua ordinazione rationabiliter requirit in nobis ad hoc ut opera nostra acceptentur à Deo, & quidē ut remunerabili vita æterna: & propter tale meritorum necessarium est ponere in nobis gratiā vel charitatem habitualem: quod patet autoritate facti scripture & probabili persuasione.

16 Autoritates facit scripture, quanvis plures sint, ad praesens tamen adducuntur duæ tantum. Prima est vet. test. in psal. vbi dicitur q̄ gratiam & gloriā dabit Dominus: Secunda est Rom. 5. vbi dicitur q̄ gratia Dei vita æterna, ex quarum qualibet apparet secundum rationabilem intellectum quod gratia praet gloriā secundum ordinacionē diuinā, nec conferetur gloria nisi prius habeti gratiam quę tamen datur principaliter ad merendum secundum illud Apostoli ad Cor. 15. Plus omnibus laborauit nō ego, sed gratia Dei mecum.

17 Idem patet probabili persuasione quę talis est: sicut se habet beatitudine supernaturale ad naturalem, sic se habent ad iniucum illa qua perdunt ad vtrāq; beatitudinem: sed beatitudine supernaturale excedit naturalem, quia est per habitū diuinum infulum, & non ex nostris actibus acquisitum sicut beatitudine naturalis, ergo similiter actus perducētes ad beatitudinem supernaturalem, vt sunt actus meritorum differunt ab actibus perducētibus ad beatitudinem naturalem, quia procedunt a potentiis informatis per aliquem habitū supernaturalem: hic autem habitus est gratia vel charitas, quare requiritur ad merendum gloriam vel beatitudinem ex diuina ordinatione rationabili gratia sive charitas informans animam.

18 Et sic patet tria. Primum est quod propter meritorum quod est purē de congruo non est necessarium ponere de necessitate aboluta gratiam vel charitatem habitualem, quia sine eis posset Deus de potentia aboluta acceptare opera nostra bona ex genere & circūstantiis ut remuneranda vita æterna.

19 Item patet secundū q̄ propter meritorum quod est fritē & propriè de condigno modo quo expōsum est non est possibile ponere gratiam vel charitatem habitualem in nobis, quia homo nō potest illo modo mereri aliquid apud Deum.

20 Tertio patet q̄ propter meritorum de condigno nō simpliciter & strictè accepto (modo quo supra exposiūtū est) sed pro quadam dignitate quā Deus ex sua ordinatio ne rationali requirit in operibus nostris ad hoc ut remunerabili vita æterna oportet ponere gratiam vel charitatem habitualem: & illud meritorum est de condigno secundum quid: & non simpliciter: Est enim tale condignum ex suppositione diuinæ ordinacionis & non ab solute. Huic autem sententiæ concordat communis doctrina que ponit q̄ sicut reddere iustum pretiū re ceperat ab aliquo est actus iustitiae, ita recompensare mercedem vel preium aliquis laboris vel operis est actus iustitiae: & ideo in illis in quibus est simpliciter iustum: est etiam simpliciter ratio meriti & p̄mē sive mercedis, in quibus autem non est simpliciter iustum, sed secundum quid in his non est ratio meriti simpliciter, sed secundum quid inquantū Salvator ibi iustitiae ratio. Inter hominē autem & Deum non potest esse simpliciter iustum, sicut nec aequalē, sed lo-
lum iustum secundum quid, scilicet dominatiūm, quia totum quod est hominis bonus est Dei. & à Deo, & multo amplius q̄ actiones serui sunt dominii sui in humanis, propter quod meritorum hominis apud Deum non potest esse simpliciter meritorum de condigno, sed solum secundum præsuppositionem diuinæ ordinacionis, ita scilicet ut homo id consequatur à Deo per suā operationem quā si p̄mē vel mercedem, ad quod deus ei virtutem operandi deputavit, quæ virtus operandi ad merendum beatitudinem est nō solum potentia voluntatis, sed habitus gratiae vel charitatis.

21 AD PRIMVM argumentum dicendum q̄ maior propositio debet sic sumi, quod sicut se habet fides ad actum credendi, sic charitas ad actum diligendi. Et tunc bene concludit quod sicut sine fide infusa potest homo

Thes. I. 1. 1.
114. ar. 1.

Lib. I. Distinctio XVII.

in Deum credere, sic sine charitate infusa potest homo Deum diligere: sed neuter actus est meritarius de con digno, quia tale meritum ex diuina ordinatione supponit gratiam vel charitatem.

22 Ad secundum dicendum quod actus nostri possunt considerari tripliciter, uno modo secundum esse naturam. Alio modo secundum esse moris quo sunt boni vel mali mora liter. Tertio modo secundum esse meritum de quo nunc agitur, & secundum quemlibet istorum modorum actus simili habent eandem efficaciam sibi proportionatam, actus enim similes secundum esse naturam quantumcumque sint disimiles secundum esse moris (ut actus matrimonij & adulterij) possunt habere similem effectum naturalem pura prole, actus vero similes secundum esse moris, sed disimiles secundum esse meriti supernaturalem (ut diligere Deum in habente charitatem, vel non habente) habent similem efficaciam moralam, quia consimiliter laudabiles sunt moraliter, sed quia non sunt consimiles in eo quod secundum diuinam ordinationem reddit opus nostrum Deo acceptum ut remunerandum vita eterna, ideo actus habentes charitatem est meritorius virg. eternae, & aliisno.

23 Ad secundum dicendum quod nec propter meritum de solo congruo, nec propter meritum de condigno stricte ac simpliciter & proprii sumpto ponenda est gratia vel charitas habitualis, sed propter meritum quod est de con digno non simpliciter, sed secundum praesuppositionem ordinacionis diuinae.

24 Ad argumentum alterius partis dicendum est quod gratia non est necessaria propter meritum quod est de solo congruo, sed propter meritum quod est de solo condigno, non simpliciter, quia illud non est homini possibile, sed secundum praesuppositionem ordinacionis diuinae. Et ideo non sequitur quod ex puris naturalibus mereamur de condigno, ut dicit Pelagius: nec sequitur, quod apud Deum nihil possumus mereri: possumus enim mereri de solo congruo ante gratiam habitam, & post habitam de condigno modo prius frequenter exposto.

VESTIO TERTIA.

Vtrum gratia vel charitas detur secundum proportionem naturalium.

Tbo. i. 2. q. iii. ar. 4. & 22. q. 24. ar. 3.

VILO quae sit necessitas ponendi charitatem habitudinem creaturam: consequenter queritur vtrum ipsa detur secundum proportionem naturalium & arguitur quod sic, quia sicut se habet gratia ad gloriam, sic videtur se habere natura ad gratiam, sed gloria datur secundum modum & proportionem gratiae, ergo gratia vel charitas detur secundum modum & proportionem naturae.

2 IN CONTRARIUM est, quia angelica natura altior est quam humana, sed aliqui homines secundum gradum gratiae sublimius ascendiunt angelis, cum secundum Greg. ad singulos ordines angelorum aliqui homines assumuntur, ergo gratia non datur secundum modum naturae.

3 RESPONSO. circa questionem istam sic procedetur, primo ponetur veritas questionis. Secundo ponetur quadam difficultate incidens circa veritatem. Tertio respondetur ad istam difficultatem.

4 QVANTVM ad primū sciendum est quod mensura charitatis consideranda est ex duobus: omnis enim estatus dependens ex pluribus causis mensuratur ab illis, quia ab eodem habet unumquodque esse & esse limitatum, & esse mensuratum. Charitas autem dependet ex duobus, scilicet ex Deo insueta, & subiecto recipiente, quare mensura charitatis pensanda est ex his duobus: contingit enim charitatem inaequaliter dari tripliciter uno modo ex parte Dei charitatem insueta (supposita aequali dispositione subiecti recipienti). Sicut enim Deus ex benefacio suo sanctificat unum in verbo, & alium non sanctificat, nec ex parte subiectorum est aliqua dispositionis diversitas. Similiter ex solo beneplacito inter sanctificatos unum plus sanctificat, & alium minus, concedendo unum maiorem gratiam vel charitatem quam alii. puta Maria quam Hieremia, nec in hoc iniustum aliquid facit, quando sic facit, gratuito facit: Et ideo licet ei quod vult facere, nec est qui rationabiliter ei dicere posse cur ita facit?

5 Alio modo contingit charitatem inaequaliter dari pro-

& Quæstio. III.

56

pter inaequalitatē que est ex parte recipientis: Hæc autem inaequalitas potest attendi vel quoad naturā subiecti, vel quo ad dispositionem eius. Si attēdatu quo ad naturam subiectū si non datur charitas secundū proportionem naturalium, alioquin in homine & in angelo non posset esse per gratiam, nec in pluribus hominibus dispar. Cuius ratio est, quia voluntas est subiectū receptivum charitatis: potest autem voluntatis secundū se est aequalis gradus in omnibus hominibus inter se, & inferioris gradus quam in angelis, ergo si secundū proportionem naturae volentis nude daretur gratia, vel charitas, tunc in omnibus hominibus inter se est aequalis: quæ tamē est minor quam in angelis. Hoc autem est falsum, ergo &c.

6 A LIO modo attenditur inaequalitas ex parte subiecti quo ad dispositionem subiecti per quam homo reddit se aequaliter dignum charitate saltem de congruo, & hæc dispositio est conatus ad bonum qui requiritur in omnibus adultis, quia secundum Aug. qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te (id est nisi te cooperante per detractionem mali & conatus ad bonum) & de isto conatu est tota difficultas: vtrum secundū maiorem conatum vel minor detur maior vel minor charitas.

7 Et dicendum quod conatus potest dici major dupliciter: uno modo propter difficultatem: alio modo propter intentionem. Si dicatur major propter intentionem, quia ille intensiore amore fertur in Deum, & intensiori detestatione in peccati quam alius: Si dico quod infallibiliter secundū proportionem conatus datur charitas: Cuius ratio est, quia immediata dispositio voluntatis ad recipiendum charitatem est amor boni, & detestatio mali, voluntas ergo illa plus disponit in qua actus illi magis intenduntur. Sed voluntas magis disposita recipit perfectiorem charitatem quantum est ex parte sui, sicut omne subiectū magis dispositum recipit perfectius imprecisionem agentis, ergo secundum intentionem conatus est intensio charitatis.

8 Si vero conatus dicatur maior propter difficultatem, si secundum conatum non semper datur maior charitas, datur tamen quandoque. Primum patet sic: aequalis charitas datur secundum aequalis conatus intentionem, sed conatus difficultior non semper est intensior, ergo secundum gradus conatus in difficultate non est gradus charitatis, maior prius probata est, minor probatur, quia mala dispositio in naturalibus, vel mala coniunctio in moribus facit quod ad aquem diligendum Deum, & obedendum peccatum sicut alius Deum diligit qui est in naturalibus melius dispositus, nec est a Deo depravatus moribus requiriatur maior conatus quo ad difficultatem. Et ideo secundum gradum conatus in difficultate non est semper gradus in intentione actus, nec per consequens in charitate. Est tamen quandoque, scilicet quando cetera omnia sunt passa. Tunc enim non videatur conatus difficultior in uno quam in alio, nisi quia actus ad quem conatus est perfectior. Ille autem conatus creditur fusse in angelis secundum proportionem sue naturae, ita quod angelus bonus qui meliora naturalia habuit: habuit intensorem conatus (quia in eis non est appetitus sensitus retrahens voluntatem a bono rationis, sicut est in hominibus in quibus caro concupiscit aduersus spiritum) propter quod conatus angelorum creditur fusse secundum totam possibiliterem naturam vniuersitatis, quae nulla habuit retrahendum. Et ideo receperunt gratiam vel charitatem secundum proportionem naturae sicut & hoc si eam meruerunt, quia forte eam habuerunt in sua creatione ante omnem meritum, ut videbitur in 2. lib. in hominibus autem appetitus sensitus retrahens voluntatem a bono, & quandoque impedit in quodibusdam magis, in quibusdam minus, secundum aliam & aliam corporis dispositionem: Et ideo per eam conatum in difficultate non disponuntur omnes aequaliter: sed qui habent meliora naturalia si aequaliter conetur cum illo qui habet peiora naturalia, melius disponit & plus recipit de charitate, quandoque aut ille qui habet meliora naturalia minus nobiliter conatur, & ille qui habet peiora plus & tunc est ecclerio, sicut pater in hoc exemplo fortis enim plus potest portare quam debilis si aequaliter conetur, sed debilis tantum potest conari, & fortis ita parum quod plus portabit debilis quam fortis, & sic patet primum.

• QVAN

Magistri Durandi de

QVANTVM ad secundum sciendum est quod ex dictis videtur sequi quod homo non possit alium Angelum adaequare in charitate, quia Angelus in sua conuersione, ut suppositum est, vius est naturalibus suis secundum omnem conatus sue naturae possibilem, sed homo quantumcumq; etiam bona naturalia habeat non potest equarem Angelum, ergo nec conatus hominis quantumcumq; bona naturalia habentis potest equarem conatus Angeli, sed secundum conatum datur, ergo &c. Dicendum ad hoc quod augmentum bene procederet si dispositio hominis ad gratiam & ad augmentum gratiae esset per vincum actum sicut fuit in Angelis, quia nunquam conatus vnius hominis potest attingere ad conatum Angelii. Sed quia homo non unico actu disponitur ad gratiam habendam, sed pluribus, & post gratiam habitam conatur pluribus actibus ad acquirendum augmentum gratiae, ideo potest attingere ad tantum vel maiorem gratiam quam Angelus qui unico conatu fuit dispositus.

10 Ad argumentum in oppositum dicendum quod non est simile de gratia respectu gloriae & de natura respectu charitatis & gratiae, quia gratia est immediata dispositio ad gloriam. sed natura non disponitur ad gratiam nisi mediante conatu qui non est semper secundum proportionem naturae, ut declaratum est. Ad aliud patet solutio.

QUESTIO QUARTA.

Vtrum ille qui est in charitate possit cognoscere certitudinaliter se in ea esse.

Tho. 1.2. q. 11.2. art. 5.

DEinde queritur vtrum ille qui est in charitate possit certitudinaliter cognoscere se habere charitatem. Et videtur quod sic, quia Aug. dicit, 8. de trinitate & habetur in litera quod qui diligit fratrem magis nouit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Et loquitur de dilectione charitativa, sed fratrem nouit certitudini naliiter, ergo & dilectionem.

2 Item nihil est certius homini sua fide & hoc videtur esse propter presentiam fidei, ergo similiter ut videretur nihil est homini certius sua charitate.

3 Item ponamus aliquem puerum modo baptizatum de quo constat quod non possit ponere obiectum gratiae, & habet gratiam vel charitatem talis quando venit ad annos discretionis in quibus potest peccare, aut potest primum peccatum quo mortaliter peccat cognoscere aut non: non potest dici quod non possit cognoscere, quia si non possit cognoscere an esset peccatum non possit peccare illo peccato. Excusatur enim totaliter per ignorantiam inuincibilem. Si vero potest cognoscere primum peccatum & illud vitare, cum ante primum peccatum certius sit eum esse in charitate talis poterit scire de se quod sit in charitate.

4 IN CONTRARIUM est quod dicitur Eccl. 9. Ne mo scit vtrum amore vel odio dignus sit. Sed omnia in futurum referuntur incerta.

5 RE SPONSIO, de aliquo potest haberi triplex cognitio, scilicet quod dicatur per nomen, quid sit, & an sit. Quid autem dicatur per nomen commune est enti, & non enti, etiam cui prohibetur esse & hoc modo dicit Philo.

4 Physic. quod vacuum est locus priuatus corpore, quantumcum est in impossibili quod locus sit sine corpore. Quid autem rei importat illud quod ad essentiam rei pertinet tam in generali, ut quid est homo: substantia, & in specie, ut homo est animal rationale mortale, & ita dicit quid rei, quia explicat realitatem eius de quo queritur quid sit. Tertia autem cognitio, scilicet an sit est cognitio qua scimus de non solum quod dicitur per nomen quod est commune enti & non enti, nec quid est quo ad essentiam, quod conuenit soli enti, sed vtrum illud quod dicitur per nomen quod pertinet ad quid nominis, cui erit competit possibilis in re quod pertinet ad quid rei, sit actu in re extra.

6 Si ergo queratur de charitate vtrum possit cognosci de ea quid dicitur per nomen, certum est quod sit per omnem hominem qui sciret exprimere quid vult insinuare per nomen charitatis etiam si illud non esset possibile in rerum natura sicut scimus de Hircocero quid significatur per nomen quod compositum est ex hirco, & ceruo, quanvis non possit esse in rerum natura. Si vero queratur

Sancto Porciano

vtrum possimus cognoscere quid sit, dicendum quod sic accipiendo largi scire pro eo quod est assentire dicto scripsi, vel pro eo quod est assentire probabili persuasiōne, utroq; enim modo tenemus charitatem esse quandam habitum nobis infusum ut deducūm fuit prius. Qualiter autem alia certitudine possit haberi de hoc non appetit. De neutra autem harum cognitionum videtur procedere quod si, sed tantum de terria quia cognoscitur de charitate si est: & quia esse charitatem sicut & cuiuslibet accidentis est inesse subiecto, ideo tunc solū cognoscimus de charitate si est quando cognoscimus nos vel alii habere charitatem. Habere autem hanc cognitionem de charitate nullus potest quia ad seipsum per certitudinem scire.

7 Quod patet duplicitate, primo sic: Habitus innotescunt per actum & obiectum, quicquid ergo scit se habere charitatem oportet quod hanc cognitionem sumat ab obiecto vel ab actu, sed per nullum istorum potest haberi certitudine de charitate habita, ergo &c. Minor probatur primo quādum ab obiectū quia ad idem obiectū ordinatur potentia cum habitu & sine habitu, sicut intellectus perfectus per scientiam & sine scientia. Et ideo id est obiectū voluntatis absq; charitatem vel cum charitate scilicet bonum creatū vel diuinū sive Deus & proximus maxime supposito fide in intellectu, quare per obiectū non potest cognoscī charitas.

8 Item nec per actum quia vel hoc est per actum quo ad essentiam actus vel per modum quem ponit habitus circa actum, non primo modo quia omnis potētia secundum se & sine habitu potest in omnē actum quo ad essentiam actus in quem potest cum habitu, nec est alius actus secundum speciem hic & ille in genere naturae, nec quo ad modū quem ponit habitus circa actum quia modus quē ponit habitus acquiritur circa actum est dilectionis & familiaritatis, & hunc dum experit opera in seipso. Hunc autem modum non ponit charitas, ut patuit supra, & si ponatur per ipsū non discerneretur ab habitu dilectionis acquisitione, quia habitus acquisitus ponet similem modum, ponit autē charitas creata circa actum dilectionis rationem meriti, vel acceptabilis. Actus enim charitatis est meritorius & acceptatus à Deo ut remunerabilis vita aeterna. Hic autem modus non cadit sub cognitione nostra: cum tamen acceptatio sit in voluntate diuina, ergo &c.

9 Secundo sic, maximum signorum ducentum in cognitionem gratiae & charitatis est carcer remonstrans conscientia, sed hoc signum est fallibile, ad Cor. 10. Nihil minus conscientia sicut, sed non in hoc iustificatur sum: ergo multo magis certiora signa sunt fallibilia. Pater ergo quod nullus potest per certitudinem cognoscere se esse in charitate. De hoc tamen possunt haberi aliquae conjecturae per quoddam signa que ponit beatus Berna. Et quanvis homo de seipso non possit habere aliquam certitudinem quod sit in charitate: tamen si charitas est aliqua forma creata (ut sit pra positi est) videtur quod angelus bonus, vel malus possit eam videre in anima nostra: & per consequens scire quis nostrum sit in charitate, & quis non.

10 AD RATIONES in oppositum cum dicitur primo: Quisquis diligit fratrem magis nouit dilectionem fratrem. Dicendum quod verum est quantum ad essentiam actus: sed non nouit vtrum actus illi sit à Deo acceptus. Ex quo solo potest sciri per certitudinem, quod sit à charitate.

11 Ad secundum dicendum quod non est simile de fide & charitate, quia tam obiectum fidei sub sua formalitate, & non modus quem fides ponit circa actum intellectus habet maiorem distinctionem ad reliquos habitus intellectus & ad actus eorum quod habeat charitas, & modus quē ponit circa actum ad alios habitus voluntatis & ad modum quem ponunt circa actum ad quem proficiunt, vel aliter potest dici quod sicut nullus potest scire per certitudinem se habere charitatem infusam: sic nullus potest certitudinaliter scire se habere fidem infusam, licet enim experiamur nos credere, nescimus tamen vtrum ad hoc inclinemur per habitum infusum, cum sine tali habitu possimus credere quicquid credimus, ut patet in 2. lib. & hoc credo verius, &c.

12 Ad tertium dicunt quidam quod nihil prohibet quod aliquis sciat de se vel de alio principaliter, quod sit in cha-

Lib. I. Distinctio XVII.

charitate, sed nullus potest scire si finaliter morietur in ea: unde dicunt q̄ autoritas eccl. allegata intelligitur de finali charitate & nō de p̄senti vt exp̄sse innuitur in fine autoritatis q̄ omnia in futurum referuantur incerta, sed quia vt visum est istud nō potest habere veritatem quicquid sit de intellectu autoritatis, ideo alii dicunt alia ter q̄ nullus potest esse certus certitudine scientia de se vel de alio q̄ sit in charitate, licet possit esse certus de hoc certitudine fidei: & de alio quidem est manifestum: baptisans enim parvulum q̄ sit non posse ponere obicem gratia certus est certitudine fidei q̄ parvulus baptizatus est in charitate. Et idem dicunt iti q̄ potest aliquis nosse de seipso quando venit ad aetatem in qua potest iudicare quid licitum sit, vel illicitum vt argueatur.

13. Sed istud non videtur verum quantum ad hoc q̄ aliquis sit certus de seipso q̄ habeat charitatem: quiam possit esse certus de parvulo quem baptizat. Nec ratio ad ducta obstar. Cum vero dicitur q̄ puer baptizatus quoniam venit ad annos in quibus potest primo peccare, aut potest cognoscere de primo peccato quo mortaliter peccat q̄ sit suum primum peccatum aut non. Dicendum q̄ potest cognoscere de primo peccato quo peccat q̄ sit peccatum quia aliter non peccare potest vt argueatur, sed non potest sciri per certitudinem q̄ sit primum peccatum, & ideo non potest scire per certitudinem si prius non peccauit, q̄ autem ita sit pater, quia cōstat quod est aliquod primum instans in quo potest quis primo peccare, sed id nemini potest esse notum. Et ideo nullus potest esse certus de aliquo peccato suo quod sit primum, quia nescit si ante peccare potuit aut peccata omisione aliquius quod debuit velle, aut facere, aut commissione aliquius quod non debuit: ideo &c.

**Sententia generalis & specialis secunde partis
distinctio decima septima.**

HIC queritur si Charitas. Superius determinauit magister de misione Spiritus sancti iniustificati. Hic mouet incidentem questionem circa determinata. Et dividitur in tres partes. Primo enim obicit contra determinationem per rationem. Secundo patet per autoritatem. Tertio mouet aliam questionem de comparatione Spiritus sancti ad dona. Secunda ibi, Supradictum est. Tertia ibi. Hic oritur questionis cum Spiritu sancto. Prima diuiditur in tres. Primo enim mouet questione suam obiciendo contra determinata. Secundo responderet. Tertio respondit confirmat. Secunda ibi, His itaq; responderet. Tertia ibi, Ut autem manifestum fiat. Secunda vero pars principalis in qua obicit contra autoritatem diuiditur in tres, secundum tres autoritates quas mouet & solvit. Secunda ibi, Sed aliud est inquisitum. Tertia ibi, Et animal quoq; inducunt. Et haec est disiatio Magistri, & sententia in generali.

2. In speciali vero sic procedit Magister. Et primo dicit q̄ charitas non est Spiritus sanctus: quia Spiritus sanctus nō potest augeri, vel minori cum sit immutabilis, sed charitas potest augeri, vel minori: ergo Spiritus sanctus non est charitas. Item Spiritus sanctus est ubiq; charitas autem non, quia non habent datur Spiritus sanctus: ergo non est charitas. Et responderet Magister quod est Spiritus sanctus in se est immutabilis: nec augetur nec minuitur: sed in homine vel potius augetur homini vel minuitur, sicut dicitur exaltari & magnificari in nobis in quantum s. in se magnos facit, qui tamē in se nō magnificatur, nec exaltatur. Quod autē obicitur q̄ ubiq; est, verum est, sed nō omne habet spiritū sanctū, est ubiq; & quo ad primū sic responsum confirmat per Augustinum, & patet in litera. Deinde obicit per Augustinum qui expōns illud Apologetum, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris: distinguunt inter charitatem qua Deus dilexit nos, & charitatem qua nos diligimus Deum & proximum. Et responderet q̄ non est distinctio secundum rem, sed secundum rationem solum, quia charitas alia ratione est qua Deus diligit & qua nos diligimus Deum & proximum, licet sit eadem charitas in essentia. Alia ratio que probat quod est Spiritus sanctus non est charitas talis est: Spiritus sanctus non est a seipso, charitas autem est a Spiritu sancto, sicut fides, sicut dicit Augustinus: ergo Spiritus sanctus non est charitas, sed cut nec fides. Et responderet quod est Spiritus sanctus a te nō est charitas aut a Spiritu sancto est in nobis. Et ideo a te ipso datur nobis: & quantum ad hoc dicit Augustinus, quod charitas est a Spiritu sancto, fides autem quia non est Deus dans, sed tantum ipsum datum: Spiritus sanctus non est, sed tantum a Spiritu sancto est. Tertia ratio ratis est, quia charitas est affectus mentis & motus animi, & hoc ostendit duabus autoritatibus Augusti. sed Spiritus sanctus non est affectus mentis, nec motus animi cum sit immutabilis: ergo Spiritus sanctus non est charitas. Et responderet quod cum charitas est affectus mentis & motus animi, hoc est effectus, quia per charitatem mouentur & afficiuntur homines ad diligendum Deum: & hoc modo, scilicet effectus dicitur charitas sive Spiritus sanctus motus animi, sicut dicitur sapientia mobilis, scientia: sed tunc est questionis cum per Spiritum sanctum afficiatur aliquis ad spirandum, vel credendum, sicut ad diligendum, quare Spiritus sanctus non dicitur fides aut spes sicut charitas. Et responderet quod est actum fidei & spes operatur Spiritus sanctus mediante fidem & spem, sed actum charitatis immediate. Et quia immediate actus charitatis a Spiritu sancto est, ideo illud a quo immediate ingreditur est charitas, non fides, vel spes vnde Spiritus sanctus est charitas. Et ad hoc adducit autorita. Augusti, qui vult quod charitas est bonum quo nihil est melius, sed quo nihil est melius est Spiritus sanctus: ergo Spiritus sanctus est charitas qui non dividitur, sed dona eius. Et hoc confirmat autoritate Augustini. Sed haec opinio Magistri non tenetur, nec spē obiectio soluit. Ultimo quæritur per dominum quod est Spiritus sanctus dentur omnia dona. Et responderet q̄ sic, sed ramen nō omnes qui habent Spiritum sanctum omnia dona habent: & in hoc terminatur sententia in generali.

& Quæstio V.

57
cit Augustinus: ergo Spiritus sanctus non est charitas, sed cut nec fides. Et responderet quod est Spiritus sanctus a te nō est charitas aut a Spiritu sancto est in nobis. Et ideo a te ipso datur nobis: & quantum ad hoc dicit Augustinus, quod charitas est a Spiritu sancto, fides autem quia non est Deus dans, sed tantum ipsum datum: Spiritus sanctus non est, sed tantum a Spiritu sancto est. Tertia ratio ratis est, quia charitas est affectus mentis & motus animi, & hoc ostendit duabus autoritatibus Augusti. sed Spiritus sanctus non est affectus mentis, nec motus animi cum sit immutabilis: ergo Spiritus sanctus non est charitas. Et responderet quod cum charitas est affectus mentis & motus animi, hoc est effectus, quia per charitatem mouentur & afficiuntur homines ad diligendum Deum: & hoc modo, scilicet effectus dicitur charitas sive Spiritus sanctus motus animi, sicut dicitur sapientia mobilis, scientia: sed tunc est questionis cum per Spiritum sanctum afficiatur aliquis ad spirandum, vel credendum, sicut ad diligendum, quare Spiritus sanctus non dicitur fides aut spes sicut charitas. Et responderet quod est actum fidei & spes operatur Spiritus sanctus mediante fidem & spem, sed actum charitatis immediate. Et quia immediate actus charitatis a Spiritu sancto est, ideo illud a quo immediate ingreditur est charitas, non fides, vel spes vnde Spiritus sanctus est charitas. Et ad hoc adducit autorita. Augusti, qui vult quod charitas est bonum quo nihil est melius, sed quo nihil est melius est Spiritus sanctus: ergo Spiritus sanctus est charitas qui non dividitur, sed dona eius. Et hoc confirmat autoritate Augustini. Sed haec opinio Magistri non tenetur, nec spē obiectio soluit. Ultimo quæritur per dominum quod est Spiritus sanctus dentur omnia dona. Et responderet q̄ sic, sed ramen nō omnes qui habent Spiritum sanctum omnia dona habent: & in hoc terminatur sententia in generali.

Q U E S T I O Q V I N T A.

Vrum charitas posuit augeri.

Tho. 1. 2. q. 52. 47. 1. 2. 48. 3. 5. 22. q. 24. 47. 5.

Circa augmentum charitatis queruntur quinq; pri-
mum est vrum charitas posuit augeri: & secundum
quod attendatur eius augmentum. Secundum est qua sit
causa augmenti, vel intentionis & remissionis in formis,
& quibus formis cōveniat intensio & remissio. Tertium
est a forma intensa, & remissa sit eadem secundum numerum. Quartus est vrum augeratur per quilibet actū.
Quintum est vrum charitas posuit augeri in infinitum.
Ad primū sic procedit. Et arguitur q̄ nec charitas nec
quaeruntur forma posuit augeri, quia omne quod augetur
vel mouetur quocunq; motu, variatur: sed charitas & vni-
versaliter omnis forma invariabilis est: vt dicit autor sex
principiorum ergo &c.

2. Item si charitas augeretur, hoc esset secundum gra-
dus in essentia, vel in esse, nō secundum gradus in essentia,
quia hoc vararet speciem, nec secundum gradus in esse,
quia esse est adeo simplex sicut essentia & ita actuale: ergo
nullo modo augetur.

3. IN C O N T R A R I V M est quod dicit Augustinus

ad Bonifacium, & habetur in Glofa. Cor. ir. quod
charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici. Et ar-
guitur per rationem sic, p̄sum correspōndet merito,
sed in premio est gradus secundum illud Ioan. 14. In do-
mino patris mei mansiones multae sunt, ergo etiam in merito:
sed meritum potissimum dependeret a charitate: ergo cha-
ritas haber gradus: Sed omne talē potest deduci ad im-
perfectionē ad perfectum quod vocamus augmentum: er-
go &c.

3. R E S P O N S I O . hic est premittendum q̄ vbiq;
que est dare augmentū secundum magis & minus (de ra-
tionē augmēto nunc loquimur, licet magis propriè sit
alterius quam augmentū) ibi est reperi gradus mai-
oris & minoris perfectionis. Illud enim cuius natura cō-
sistit in inuisibili simpliciter non dicitur secundum ma-
gis & minus, magis & minus autem si propriè accipiā-
tur attenduntur secundum eandem naturam specificam:
secundum quod dicitur. 7. Phys. quod illa que sunt com-
parabilia, secundum magis & minus sunt vnius rationis.

H. Et isto

Magistri Durandi de

Er isto modo intendimus nunc inquirere de charitate, & de quacunque alia forma vna secundum speciem, vtrum habeat gradus secundū quos fulcipiat magis & minus, & qualiter. Circa quod procedemus sic, quia primō pōnetur dicta aliorū. Secundū pōnetur illud quod est verius.

5 Q V A N T V M ad primum scindunt etiā quidā dicunt q̄ gradus secundum quos attendunt magis & minus in intensione sive augmento cuiuscunq̄ formæ, nō sunt gradus secundum essentiam, sed secundum esse, quod probant quantum ad partem affirmatiuam, & quantum ad negatiuam. Quātum ad negatiuam, scilicet q̄ isti gradus non attendant secundum essentiam, probatur prius sic. Omnes formæ specificæ se habent ut numeri, ut habetur. 2. Metaph. sed ratio numeri consistit in individuibili quod est completa vnitas, sic quid facta quacunque variatione, additione, vel subtractione variatur species numeri, ergo similiiter facta quacunque variatione circa essentiam formæ specificæ variatur species, eo quod essentia forma constituit in individuibili.

6 Secundū sic, si isti gradus attendunt secundū essentiam, hoc est, quia qualitas intensa continet virtualiter remissam, sicut in intellectuum continet sensituum, aut quia præexistenti gradu aliis additur. Primum nō potest dici, quia gradus essentiales quorū vnu virtute continet aliū differens specie (ve patet in exemplo positio de sensituo & intellectivo) qualitas autem intensa & remissa non differunt species, nec potest dici q̄ vnu gradus aliis addatur, quia tunc augmentū fieret per additionem quod non est verum, ergo nullo modo sunt illi gradus in essentia.

7 Quid autē illi gradus possint attendi secundū esse probatur sic, sicut se habet virtus ad agere, ita essentia ad esse, sed eadem virtus in nullo variata potest agere perteſtus vel minus perfectè secundum q̄ illud in quod agit est magis vel minus dispositum: ergo à simili essentia in nullo variata potest dare perfectius esse vel minus perfectum suo subiecto, secundum q̄ subiectum est magis vel minus dispositum: Et quia subiectum formæ substantialis est immediata materia prima secundū le, que vt sic nō est magis vel minus disposita, ergo nulla forma substantialis sufficit magis vel minus etiā secundum esse sūi in materia vel subiecto, sed solum forma accidentalis, & etiā propter aliud, quia forma substantialis dat esse specificum, non autem forma accidentalis. Et ideo in esse quod dat forma substantialis non est variatio, nec elle potest sine variatione speciei. In esse autem quod dat forma accidentalis potest esse variatio, non variata specie: ergo nulla forma sufficit magis & minus quo ad gradus in essentia, sed tantum quo ad gradus in esse, & non omnis, sed tantum forma accidentalis, huius signum est, quia nulla qualitas in abstracto sufficit magis & minus. Sic enim signatur ut essentia, sed in cōcreto & in habitudine ad subiectum in quo est, & cui dat esse.

8 Hac autem deficit in multis. Primo in suppositione. Secundo in positione. In suppositione quidem, quia supponit q̄ esse realiter differt ab essentia. Cuius opussum multū tenet pro verissimo. In positione vero deficit quod patet sic, quid enim dicitur q̄ in esse sunt gradus & nō in essentia, aut intelligitur quid in ipso acte essendi ut quædam res est, sunt diversi gradus, sicut aliī ponunt diuersos gradus in essentia formæ, aut intelligitur q̄ esse in se sit res quædam omnino individuibilis, sed participatio eius à subiecto habet quandā gradum latitudinem. Primum non potest dici propter multa: primo quia esse intimius sequitur formam, vel totum compositum ratione formæ, quam quæcumq̄ propria passio vel proprietas sequatur aliā quam speciem (puta risibile hominem) sed in istis, scilicet specie & propria passione non potest esse gradus in uno qui sit in alio, ergo nec in esse & forma possunt esse gradus in uno qui sit in alio.

9 Secundo, quia id quod sequitur aliquid primo & per se, & conuenit ei & non alteri, nisi per illud, videtur habere ab isto mensuram, fixionem, & determinationem, sed esse consequitur formam primo & per se, nec potest alii cui conuenire nisi per formam: ergo esse habet fixionem, mensuram, & determinationem secundum formam. Et ita nō videtur q̄ esse possit habere variationē secundum gradus forma non variata.

Sancto Porciano

10 Tertio, quia aut loquimur de esse essentia, aut de esse existentia. Si de esse essentia cum illud sit idem cum essentia secundum omnes impossibile est ponere gradus in esse, quin ponatur in essentia formæ. Si vero loquimur de esse existentia, aut illud est vnum tantum in quolibet supposito, iuxta unitatem formæ substantialis constitutis suppositis, aut plurificatur secundum pluralitatem formarum substantialium, & accidentalium. Si primum datur, sequitur q̄ nulla forma habebit gradus in esse, nisi forma substantialis, cui soli competit dare esse existentia, quod est totaliter contrarium veritati & dicto eorum. Si autem detur secundum, adhuc sequitur q̄ forma substantialis possit recipere magis & minus, secundum gradus inesse existentia, sicut forma accidentalis. Quid enim plus obstat hic q̄ ibi: nō hoc q̄ vnum sit esse specificum & aliud non, quia nullum esse existentia est esse specificum.

11. Este enim specificum est esse essentia quod indicat distinctio, & tale esse specificum dat forma accidentalis in genere accidentis, sicut forma substantialis in genere substantiarum, nec aliud quod dicitur obstante, scilicet q̄ subiectum in quo forma substantialis habet esse, scilicet materia prima non est secundum magis & minus disposita: subiectū autem forma accidentalis disponit secundum magis & minus, quia vt videbitur paulò post in subiecto eodem modo disposito, inuenitur forma participari secundum magis & minus. Si ergo patet q̄ impossibile est ponere gradus in esse, vt est res quedam quin ponantur in forma.

12 Si vero detur alia pars, scilicet quid tam esse quam essentia sit quadam res omnino individuibilis, nec habens gradus secundum se, sed tantum participatio eius à subiecto, sicut credo q̄ intelligit qui hanc positionem posuerunt. Illi enim nō ponunt aliquod esse existentia in uno supposito, nisi vnum tamen quod est à forma substantiali propter quid cum negent formam substantiali suscipere magis & minus secundum essentiam, & secundum esse: & nulli aliis formæ debetur esse secundum eos, patet q̄ ipsi non intendunt quid sit aliquod esse essentia vel existentia, quod habeat gradus, sed vocant esse participationem formæ à subiecto sic per inesse, sicut clare patet ex dictis eorum, q̄ accidentis esse est in esse. Hec autem participatio formæ secundum in esse quæ vocatur ab eis secundum esse, si sit secundum magis & minus, oportet secundum dictum eorum sic intellectum quod sit totaliter secundum magis & minus in esse, quia cum nō sit secundum magis & minus in essentia formæ, nec in natura ipsius esse, si esse sit quoddam esse absolutum additum formæ, neceſſe est q̄ sit totaliter & precise secundum in esse, quod non potest esse nisi dupliciter. Vno modo, vt illa forma dicatur magis inesse quae inest intimius. Alio modo, quod illa dicatur magis inesse quae inest firmius & inseparabilis. Neutrū autem istorum potest esse verum, quia nos quærimus de maiori & minori perfectione formæ pura caloris, vel alterius, per quem subiectum dicitur magis vel minus tale, sed propter maiorem intimationem, vel firmior radicationem caloris in subiecto, ipsum non dicitur magis calidum, quia calor intimus inest aëri vel aquæ calidæ, quibus intimatur visus ad profundum quam in ferro, cui non intimatur quandoque visus ad profundum, & tamē ferri est calidus q̄ aëri vel aquæ calidæ.

13 Item calor inseparabilis inest cordi animali à quo non potest totaliter separari cū constancy subiecti quia ferro ignito à quo potest separari manente natura ferri. Et tame nullus diceret quid cor est calidius ferro ignito, ergo nec maior participatio secundum intimationem, nec secundum firmiorem radicationem, sive inseparabilitatem sufficit ad hoc quid aliquid dicatur magis vel minus tale.

14 Item in relatione nō potest esse latitudo, nisi sit latitudo in absoluto, patet de similitudine in qua non potest inueniri magis & minus simili inuenientur latitudo in qualitate qua est fundamentum similitudinis, sed participatio formæ secundum suum inesse est quædam relatio, ergo in ea non potest esse latitudo, nisi propter latitudinem formæ, cuius est inhærente subiecto.

15 Sed diceret alius quid ad magis & minus in relatione sufficit latitudo in altero extremo, sicut id alibi est similius vni abo quam alteri, nō propter latitudinem sua

Lib. I. Distinctio XVII.

sue albedinis, sed propter diversitatem eorum, quibus dicitur simile. Et eodem modo in participatione formae potest esse magis & minus ab latitudine formae propter latitudinem ex parte subiecti recipientis.

16 Istud autem non valeret. Primo quia subiectum uno & eodem modo dispositum recipit, sive participat formam secundum magis & minus, sicut aer & qualiter dyaphanus intensius illuminatur a sole quam a luna, ergo in participatione lumini non est tunc magis & minus ex parte recipientis, sed ex parte formae recepta.

17 Secundo, quia latitudo ex parte subiecti non potest attendi secundum naturam eius substantiam, quia illa non recipit magis & minus, nec secundum elongationem a contrario, quia magis & minus inuenientur in participatione formae non habentis contrarium, puta luminis: ergo oportet quod attendatur secundum aliquam formam quae est in subiecto, mediante qua subiectum est suscepit alterius formae, sicut aer est suscepitus luminis mediante dyaphanitate, tunc quemadmodum de hac forma per quam subiectum disponitur magis & minus, quare participatur ab eo secundum magis & minus. Vtrum propter latitudinem formae an propter latitudinem ex parte subiecti, si propter latitudinem formae, ergo talis forma habet latitudinem graduum in sua essentia quod est contra eos, si propter latitudinem ex parte subiecti, quemadmodum de hac forma per quam subiectum disponitur magis & minus, quare participatur ab eo secundum magis & minus.

18 Ad rationem illius opinionis respondentum est. Cum enim primo dicatur quod formae sunt sicut numeri. Respondeatur tripliciter. Vno modo quod illud intelligitur de formis a materia separatis. Cuius signum est, quia pars illa introducitur propter opinionem Platonorum qui posuerunt ideas separatas esse rerum substantias. Vnde & Philos. ibide dicit quod quemadmodum numerus non habet magis & minus, neque secundum speciem substantiam, sed quae est cum materia.

19 Alterum dicitur quod illa similitudo inter formas & numeros debet intelligi de formis substantialibus quarum propria est diffinitio vel specierum per eas constitutiarum. Diffinitio autem speciei comparatur numero, quia nihil ei potest addi vel minui sine variatione speciei.

20 Tertio modo potest dici quod omnes formae tam essentiales quam accidentiales sunt sicut numeri quantum ad hoc quod sunt indivisibilis, & sine latitudine gradum quantum ad differentes formales que constituent speciem, non autem quantum ad gradus possibles inueniri in diversis individuis eiusdem speciei.

21 Ad aliam quod non oportet quod omne illud quod manet virtute in aliquo differat ab eo secundum speciem, quia minus semper continetur in maiori, maius autem et minus aliquando inuenientur in eadem specie, & non in diversis.

22 Ad aliam rationem per quam nescitur probare quod forma potest suscipere magis & minus quantum ad esse, quanvis non recipiat quantum ad essentiam. Dicendum quod non est simile agere respectu virtutis actus, & de esse respectu formae, quia iste sicut sit a forma differens sive non, est in eodem supposito cum forma & mediante forma. Et ideo nulla est ratio quare unum varietur sine altero: sed agere non est in eodem supposito cum virtute a qua est actio, sed in alio, scilicet in passo, & secundum eius variationem & dispositionem maiore vel minore potest cadae virtus non variari modo agere, forte autem competenter argueretur sic, sicut se habet agere ad formam productam in passo, sicut se habet esse ad formam productam in subiecto, quia utrobique fit comparatio eorum quae sunt idem subiecto, vno mediate altero, sed agere non variatur secundum magis & minus, nec variari potest nisi forma recepta in passo varietur, ergo similiter esse non potest variari nisi variata forma quae est in subiecto.

23 Dicendum est ergo quod intensio & remissio formae attenduntur secundum gradus essentiae quod potest probari sic, sicut se habet maius & minus extensio ad quantitatem, sicut se habet magis & minus intensio ad qualitatem,

& Quæstio VI.

38 sed magis & minus extensio attenduntur secundum ipsam in essentiam quantitatis que ad hoc habet latitudinem in essentia, ergo magis & minus intensio attenduntur se secundum ipsam in essentiam qualitatis que quo ad hoc habet latitudinem graduum.

24 Secundo pater sic, sicut indivisibilitas formae est ratio non suscipiendo magis & minus, sic indivisibilitas formae secundi gradus est ratio suscipiendo magis & minus, sed indivisibilitas formae attenditur quo ad eius essentiam, ergo & indivisibilitas.

25 Tertio sic, omnis vera alteratio terminatur ad formam quae est in tercia specie qualitatis, vt patet. 8. Physic. Sed vera alteratio est inter magis & minus in eadem specie, vt patet in. 6. euclidem, ergo alteratio quae est secundum magis & minus est ad veram formam de tercia specie qualitatis. Hoc autem non potest esse nisi gradus intensio & remissio attenderent secundum ipsam essentiam formae vel qualitatis, ergo in eis est talis varietas graduum quo ad essentiam formae.

26 Quarto, quia in differentibus specie perfectius & minus perfectum attenduntur secundum ipsam in essentiam formarum, ergo similiter perfectius & minus perfectum in eadem specie attenduntur secundum ipsam in essentiam formae.

27 Circa quod aduertendum est quod cum omnis perfectio, prout nunc loquimur sit aliqua forma, impossibile est quod magis & minus que dicunt gradus perfectionis sint nisi gradus formae secundum illud secundum quod ipsa est perfectior, & huc est essentia sua & nihil aliud, unde sicut aliquis est formaliter albus per essentiam albedinis sibi formaliter inherenter, sic est album perfectius vel minus perfecte per albedinem essentialiter perfectiore vel minus perfectam, & hoc ipsum nomen sonat cum dicitur magis albus vel minus albus quod magis & minus in secundum albedinem.

28 AD PRIMVM argumentum principale dicendum quod forma dicitur invariabilis, quia non est subiectum variationis, sed tantum secundum eam tanquam secundum terminum attenditur variatio in subiecto, & hoc sufficit ad hoc ut possit augeri, modo quo nunc loquimur de augmento.

29 Ad secundum dicendum quod argumentum illud attenditur secundum gradus in essentia qui non variant speciem, nisi essentiales gradus in quos forma secundum se plures est diuisa, sicut forma generis secundum se plures est diuisa in formas specificas habentes inter se gradus. Tales autem gradus non sunt illi secundum quos attendit intensio & remissio formae specificae, quia in eis forma specifica non est secundum se diuisa, sed tantum diuisibilis: vel forte etiam illi gradus possunt in eadem forma reperiiri, ut quidam putant, quod tamen alii negant. quid autem verius sit infra patebit.

QVÆSTIO SEXTA.

Vtrum essentia formae sit causa suscipiendo magis & minus.

Thom. 12. q. 52. art. 1.

A Secundum sic proceditur. Et arguitur quod causa suscipiendo magis & minus sit latitudo formae secundum suam essentiam, quia illud quo posito ponitur magis & minus (etiam omnibus aliis circumscriptionibus) & quo remoto remouetur magis & minus (quibuscumque aliis positis) videtur esse præcisa causa suscipiendo magis & minus, sed posita latitudine formae secundum suam essentiam statim ponitur magis & minus (quibuscumque aliis circumscriptionibus) quia latitudo non est in uno gradu: & ea remota remouetur magis & minus (quibuscumque aliis positis) quia in indivisibili non est gradus, ergo latitudo formae est causa quod ipsa suscipiat magis.

2 IN CONTRARIUM arguitur quod diversitas subiectorum, & separabilitas a subiecto sint causa suscipiendo magis & minus, quia omnis variatio accidentis debet accipi in comparatione ad subiectum (quia accidentis esse est in esse) sed variatio accidentis respectu subiecti non est nisi altero dictorum modorum, videlicet quia respicit diuersa subiecta, vel quia potest inesse, & non inesse, ergo, &c.

H 2 R 2

Magistri Durandi de

R E S P O N S I O. Circa questionem istam videntur sumi duo. Primum est quae sit causa suscipienda magis & minus. Secundum est quibus formis conueniat, & quibus non. Quantum ad primum secundum est qd cum causa sit ad cuius esse sequitur aliud, causa et effectus semper differunt realiter tanquam diuersa essentia siue natura, siue totaliter sicut causa extrinseca, scilicet finis & agens, vel partialiter sicut causa intrinseca, videlicet materia & forma quae differunt partialiter a compósito cuius sunt causa intrinseca, quia cōpositum includit aliquid diuersum realiter a qualibet sua pars diuisum accepta, includit enim utramque partem quarum qualiter est realiter diuersa ab altera, quo supposito statim patet qd causa suscipienda magis & minus non est latitudo forme, quia illa quae sunt per minus idem realiter accepta, tam secundum actum qd secundum potentiam vnum non est causa alterius, sed latitudo graduum in essentia & suscipere magis & minus sunt per minus idem realiter accepta tam secundum potentiam qd secundum actum, quia nihil aliud est essentialiter & forma litter albedinem vel quamcunque qualitatem posse suscipere vel actu suscipere magis & minus quia posse habere vel actu habere latitudinem graduum, ergo vnum non est causa alterius.

4 Item si vnum est causa alterius aut est efficiens, aut finalis, aut est materialis, aut formalis. Non est efficiens, nec finalis vt de se patet, nec materialis quia latitudo forme non est materia nec in qua ex qua, sicut magis & minus in essentia forme quae non habet materiam ex qua sit, nec materiam in qua sit, nisi suum subiectum: nec est causa formalis, quia forma non est forma, ergo latitudo forme nullo modo est causa suscipienda magis & minus, Imo vt dictum fuit, vnu est idem plu quod aliud realiter tam secundum potentiam quam secundum actum.

5 Quae est ergo causa qd aliqua forma suscipienda magis & minus, dicendum est qd cum magis & minus sint idem quod essentia forme in alio & alio gradu perfectio-nis essentialis, sicut ipsius formas non est quare causa formalis, nec materialis ex qua sit, sed solum in qua sit, & cum hoc agens & finis, sic nec ipsius magis & minus. De causa finali autem nihil ad propositum, quia nullus de ea intendit querere hic.

Restat ergo solum inquirere de subiecto, & efficiente de quibus dicendum est quod agens formam producere & subiectum eam recipiens se habentia diuersimode in agendo & recipiendo sive causa recipienda magis & minus, quod probatur sic: Sicut se habent agens & subiectum uniformiter se habentia ad causandum uniformitatem in forma producta, ita se habent agens & subiectum disiformiter se habentia ad causandum disiformitatem in ea, sed ex hoc quod agens & subiectum se habent uniformiter in agendo & patiendo causatur uniformitas in forma producta (Idem enim manes idem & respectu eiusdem natu est facere idem, vt habetur, 2. de generatione) ergo ex hoc qd agens & patiens se habet disiformiter in agendo & pariendo, causatur disiformitas in forma producta, ergo & minus dicit disiformitatem in forma, ergo &c.

6 Diuersitas autem inter agens & subiectum actionis, & per consequētis diuersitas secundum magis & minus potest contingere tripliciter, uno modo ex sola variatione subiecti, sicut aer intensius illuminatur a sole qd aqua. Secundo ex sola variatione agens sicut idem aer, & eodem modo dispositus intensius illuminatur a sole qd luna. Tertio modo ex variatione virtutis, sicut aer intensius illuminatur a sole quam aqua a luna: veruntamen quia nihil sit nisi quod possibile est fieri, quanvis diuersa habitudo agentis ad patiens sit causa latitudinis forma & suscipienda magis & minus, necesse est tamen qd ex parte formae sit possibilitas ad praedictam latitudinem, & diuersitatem graduum secundum magis & minus, & sic patet primum.

7 **Q U A N T U M** ad secundum, scilicet quibus formis conuenient gradus secundum magis & minus, dicendum est qd non conuenient formis substantialibus, sed tantum accidentalibus: non quantitatibus, sed qualitatibus, non omnibus, sed illis quae concernunt diuersam habitudinem subiectorum & agentium. Quod suscipere magis & minus non conueniat formis substantialibus patet,

Sancto Porciano

quia ad omnem formam quae habet latitudinem graduum secundum magis & minus potest esse motus secundum se: sed ad formam substantialiem non potest esse motus secundum se: ergo nulla forma substantialis habet latitudinem graduum secundum magis & minus, maior patet, quia sicut motus successivus dicitur a mutatione subita in hoc quod motus latitudinem partium importat, mutationem autem subita nequaquam, sic forma quae per motum acquirit immediate habet necessario latitudinem graduum, forma autem ad quam non est per se immediate motus, sed subita mutatione, nullam talem latitudinem habet sicut nec mutatione. Minor patet ex 5. Physicis, vbi dicitur qd ad substantialia non est motus. Et confirmatur, quia ipsa met forma quae per motum acquiritur si non intenatur secundum totum decursum motus, sed solum secundum gradum illum secundum quem fit a actu mutatione esse constitutum in individuibili, & multo fortius est hoc verum de formis substantiali, quae nullo modo est terminus intrinsecus motus vel alterationis, sed solum extrinsecus propter mutationem generationis concomitatem alterationem praecedentem.

8 De quantitatibus quod non suscipiant magis & minus patet sic, gradus secundum magis & minus dicit perfectionem maiorem vel minorem in essentia forme, sicut prius patuit, sed tota perfectio quantitatis est secundum maiorem vel minorem extensionem, cum quantitas sit essentialiter extensione, ergo magis & minus secundum extensionem non conuenient qualitatibus, sed soli maius & minus secundum extensionem. Id est patet de quibusdam qualitatibus proportionate, ut triangulus, quadrangulus & huiusmodi, quia illae formae quarum formalis & completa ratio consistit in individuibili non suscipiente magis & minus, quia ista reguntur latitudinem graduum que non potest esse in individuibili, sed praedicta qualitates sunt huiusmodi, determinantur enim modo numeri, cuius formalis ratio completer per individuabile, & quocunq; addito vel subtracto mutatur species: ergo tales qualitates non possunt suscipere magis & minus. Ceterum autem qualitates quarum formalis ratio non completer per individuabile, & quia unam agentiam & subiectam receptiua possunt se habere diuersimode, suscipiunt magis & minus. Reliqua autem predicatione cum non sint nisi puri respectus, vel de nominatione respectu non suscipiunt magis & minus, nisi ratione aliquis absoluti.

9 **A D R A T I O N E S** vtriusque partis respondendum est. Cum enim primo dicitur qd illud quo potestur magis & minus, & quo remoto removetur, est causa suscipienda magis & minus, verum est si sit ab eo realiter differens, quia causam & effectum oportet differre reliter: latitudo autem forme & magis & minus non differunt realiter: imo sunt penitus idem tam secundum potentiam qd secundum actum, vt prius dictum fuit.

10 Ad rationem alterius partis dicendum est quod licet omnis variatio accidentis sit in subiecto, quia accidentes non habet esse nisi in subiecto, tamen variatio eius secundum magis & minus attenditur secundum ipsammet essentiam formae. Causa autem huiusmodi est varia habitudo agentis ad subiectum, nec separabilitas forme, aut concernere diuersa subiecta est per se causa suscipienda magis & minus, quia angulus rectus concernit diuersa subiecta & est accidentis separabile, & tamen non recipit magis & minus, nec omnis variatio forme est penes inherere diuersis subiectis, nec penes posse inherere vel non inherere, sed penes hoc quod est posse inueniri in diuersis gradibus perfectionis.

Q V A S T I O S E P T I M A.

Vtrum eadem forma numero possit esse intensa & remissa.

T h o . 1 . 2 . q s 2 . a r . 1 . C o . 2 2 . q . 2 4 . a r . 4 . C o . 5 .

11 Ad secundum sic proceditur. Est arguitur qd eadem forma numero non possit esse intensa & remissa, quia sicut est habet vbi ad motum localem, sic se habet forma ad motum alterationis vel intentionis: Sed in toto motu locali non est idem vbi, sed semper aliud & aliud: ergo in motu intentionis non est eadem forma, sed semper alia & alia.

2 Item

Lib. I. Distinctio, XVII.

2 Item in motu intensionis forma que prius erat remissa si maneret eadem in motu & in eius termino, aut maneret eadem in propria forma, aut non. Si maneret eadem in propria forma, ergo maneret remissa sicut erat prius quod est contra sensum, & etiam contra rationem, quia nulla facta esset intension per motum intensionis, vel si facta esset intension, tunc eadem forma maneret remissa & esset facta intension quod est impossibile, quia tunc simul esset intensa & remissa. Relinquit ergo quod non maneret in propria forma, sed forma que non est in propria forma non maneret eadem forma, quia sua entitas & identitas est sua propria formalitas. ergo &c.

3 Item de his que pertinent per se ad transmutationem ex parte transmutari solum subiectum est illud quod maneret idem in tota sua transmutatione, ut patet ex primo Physicorum, si ergo in motu intensionis & remissionis, maneret eadem forma intensa & remissa, sequitur quod ipsa sit subiectum talis motus & non terminus a quo vel ad quem, quod non est verum.

4 Item agens intendens formam, aut imprimit aliquid diuersum a praecedente aut non. Si non, ergo nulla varatio est in intensione quod est contra sensum. Si sic, ergo forma intensa quam imprimit est diuersa a praecedente remissa: ergo non est eadem intensa & remissa.

5 Itē motus incompositiles habent terminos incompositiles: sed motus intensionis & remissionis sunt incompositiles, ergo forma remissa & forma intensa que sunt termini praedictorum motuum sunt incompositiles, & per consequens non possunt esse eadem forma.

6 IN Contrarium arguitur, quia si intensum & remissum sunt formae realiter differentes tot erunt formae realiter differentes in alteratione quod erunt differentiae ibi secundum magis & minus: sed ille sunt infinita, ergo essent infinita formae quod est impossibile. Maior patet, quia magis & minus se habent sicut intensum & remissum. Probatio minoris, quia tot sunt differentiae secundum magis & minus quod nunc possunt accipi in toto tempore alterationis, quia non est dare duo nunc in quibus mobile sit intensum aequum, alioquin non moueretur, sed quiesceret consimiliter se habens nunc vt prius, sed tempore quod possunt accipi infinita nunc, ergo &c.

7 Item si per motum intensionis forma remissa abiicitur, aut ergo abiicitur in tempore aut in nunc: Si in tempore, ergo in tempore illo praecedens forma remansit cum eo quod acquisitum est per alterationem, & per cōsequens cedit in efficiam eandem, quia duas formae solo numero differentes non possunt simili esse in eodem subiecto. Si dicatur quod in instanti, eadem ratione forma sequens erit acquisita in instanti, & sic nulla talis alteratio erit cotinua quod est inconveniens.

8 Item frigidum remittens calidum, aut nihil, aut aliiquid imprimit. Si aliquid, aut calorem, aut frigus, non calorem, quia frigidi non est calcificare per se, nec immittit frigus, quia calor ibi remanet, sicut patet ad sensum: Calor autem et frigus cum sint contraria, non possunt simili esse. Relinquit ergo quod nihil immittat, & sic nihil est ibi de nouo, quod non est prius, est ergo eadem forma per natus intensa prius, postea remissa.

9 R E S P O N S I O . Circa questionem istam videntur tria. Primum est quod principaliter queritur, viuere delictum utrum forma intensa & remissa sit una forma secundum numerum an plures. Secundum est si sit una, utrum sit unitate indiuisibilitatis, an cotinuitatis. Tertium est si sit una unitate cotinuitatis & non indiuisibilitatis (Cum omne continuum habeat partes) utrum illae partes sint signabiles an non.

10 Q U A N T U M ad primum dicendum est quod superponendo alteracionem per quam forma intenditur esse verum motum continuum necesse est formam intensam & remissam unam esse numero, quod patet tripliciter. Primo sic unius motus secundum numerum necesse est esse unum terminum secundum numerum, sed alteratio continua per quam forma intenditur est unus motus secundum numerum quia vera unitas motus est eius continuitas, ergo forma que est terminus eius est una secundum numerum, minor de se patet, sed maior probatur, primo per Aristotelem, Phys. qui hoc dicit expresse. Secundo quia unius

Quæstio VII.

motus secundum numerum est solum unum actu mutatum esse secundum numerum, sed secundum plures formas numero totaliter differentes non potest unum esse numerum mutatum esse in actu, sed sunt necessario plura, ergo unus motus secundum numerum non potest terminari ad plures formas secundum numerum, sed solum ad unam. Tunc si terminus motus non acquiritur totus simul, & subito, sed successive. Alioquin motus qui nihil aliud est quam termini acquisitione non est continuus & successus quod ut manifestum est, est impossibile, sed in illa successione est intensum & remissum secundum illam formam que acquiritur quae est una numero ut probatum est, ergo eadem forma secundum numerum est intensa & remissa, quod autem in illa successione sit intensum & remissum pater: quia mobile quod se habet similiter nunc ut prius, non mouetur, sed potius quieter, sed si in tota successione motus per quem forma intenditur forma non variatur secundum intensum & remissum, sed est in eodem gradu tunc subiectum talis formae sic se habet secundum illam similiter nunc ut prius, ergo non mouetur sed quieter, & sic habens motum non mouetur quod est impossibile, quare &c.

11 Secundo sic, ex quo necessariam habitudinem habet motus alteracionis successus ad formam fluentem sicut ad mobile & ad tempus, sed unitas numeralis motus requirit necessario unitate mobilis numeralis & unitatem numeralem temporis, ergo & formam fluentis, sed in forma fluente sunt necessario gradus secundum intensum et remissum, ergo &c.

12 Tertio sic, quia si latitudo intensi & remissi non est in aliqua forma secundum numerum cum nulla latitudo sit in ea nisi forte secundum extentionem de qua nihil ad propositum. Tunc quilibet alteratio est acceptio unitatis formae indiuisibilis, sed talis acceptio est subita ratio, & non motus successus, ergo supposito quod alteratio sit motus continuus, necesse est quod forma illa acquisita per motum illum, una numero existens habeat latitudinem extenſi, & remissi, quod est primum & principale propositum.

13 Q U A N T U M ad secundum dicendum est quod talis forma non est una indiuisibilitatis, sed continuitatis, quod patet primo quia terminus motus acquiritur successus ut probatum est. Sed indiuisibile non potest acquiri successus, sed necessario acquiritur totum simile cui non habeat partem & partem, ergo forma que est terminus modus est una unitate continuitatis & non indiuisibilitatis.

14 Secundo sic, motus ad formam est fluxus formae, vel forma fluens: Et ideo idem iudicium videtur esse de unitate motus, & de unitate formae, sed motus est unus unitate continuitatis suarum partium, & non unitate indiuisibilitatis, ergo forma que acquiritur per motum non est una unitate indiuisibilitatis sed continuitatis.

15 Tertio per idem per Aristot. & Phys. vbi dicit quod in motu omnia sunt indiuisibilia, mobile, tempus, & terminus. qualiter autem qualitas que secundum te non est quanta, nec diuisibilis posse habere continuitatem & diuisibilitatem dicitur postea.

16 Q U A N T U M ad tertium videlicet utrum partes secundum quas attenditur continuitas & diuisibilitas formae sint signabiles vel non, procedetur sic. Primo ponetur opinio aliorum, & postea illud quod videtur verius de questione. Quatum ad primum dicunt quidam quod forma intensa differt a remissa praecedente, sicut habens ipsum & plus, non secundum partes signabiles, ita quod una possit signanter distinguiri ab alia, sed sicut rotum perfectionabile comprehendens aliqua non distinguenda in eo secundum partes signabiles. Et de hoc ponuntur duo exempla.

17 Primum est de conuersione alimenti in nutritum, vbi materia adueniens non potest signanter distinguiri a praecedente. Et similiter quando pellis efficitur maior per extencionem, maioritas adueniens non potest distinguenda a praecedente, & idem si fiat per rarefactionem, quia corpus rarefactum fit maius & maioritas adueniens non potest distinguenda a quantitate praecedente. Simili modo dicunt quod forma efficitur interior per hoc quod toto primo accepto remanente illo quod superuenit cedit in unitatem

H 3 cum

Magistri Durandi de
cum eo, nec distinguitur aliquo modo sicut diuersae
partes signabiles.

18 Hæc est opinio cum tota sua declaratione. In hac
autem opinione implicantur multa inconvenientia. Pri-
mum est, quia contradicit illi opinioni sancti Thomæ quæ
singulæ se defendere. Hac enim opinio dicit augmentum
sue intentionem formæ fieri per additionem alius de
novo aduenientis, quemadmodum fit mutatio per addi-
tionem materie alimenti ad materiam nutriti, ut clarè pa-
ter ex dictis eorum. Opinio autem doctoris quam tenen-
tes prædictam opinionem dicunt se sequi est patenter
contra.

19 Secundum est, quia ille modus quem ponunt est se-
cundum se falsus. Quod patet sic, quia realis additio est
realiter diuersorum. Idem enim non additur sibi ipsi, nisi
forte secundum rationem, sed qualitatibus præexistente non
potest aduenire noua qualitas realiter diuersa à prima
qualitate: ergo non potest esse additio qualitatibus ad qua-
litatem. Probatio minoris. Si precedenti qualitatibus posset
aduenire noua qualitas realiter à precedente diuersa, hæc
diuersitatibus habet vel ante suā additionem, vel in sua
additione, vel post suam additionem, non ante suam ad-
ditionem, quia quod non est à nullo est diuersum, idem
enim & diuersum sunt differentia entis, sed secunda qua-
litas ante suā additionem non est. Cum enim qualitas non
sit nisi in subiecto, nec transeat de subiecto in subiectum,
impossibile est qualitatibus præexistere sive vniuersitate ad sub-
iectum in quo habet aliquando esse, nec hanc diuersitatē
potest habere in sua additione, vel post, quia tunc est in eo-
dem subiecto cùm qualitate diu præcedente, diuersa autem
accidentia eiusdem speciei non possunt finaliter esse in eodem
subiecto, ut patet ex. meta. Ergo &c.

20 Secundò sic, quia si qualitas aduerteret qualitatibus,
aut hoc esset per modum informationis ita q[uod] prima infor-
maretur per aliam vel conuerso quod non est intelligible
le, cum virtus sit forma vniuersitatis cuiuslibet. Et inter tas-
tas non habet locum informatio, aut per modum associati-
onis, quod similitudine non potest, quatinus nomen simul
haberet plures qualitates, nec esset augmentum qualitatibus,
sed multiplicatio, aut per modum transitus quod non po-
test esse secundum naturam, quia nullus actus, nec in actu
quantum ad actum suum transit naturaliter in alterum, nisi
corruptione sui, verbi gratia. Dicimus q[uod] æter transit in ig-
nem per generationem, & alimentum in nutritum per
nutritionem: Et verobrig corruptio quicquid actuali-
tatis est in eo quod dicitur transire. Cum ergo omnis for-
ma sit aliqua actualitas, impossibile est q[uod] trahatur in quo-
cunq[ue] nisi per sui corruptionem, & sic non remanebit ea-
dem numero quæ prius erat. Et causa est, quia actus distin-
git & separat. Et ideo impossibile est q[uod] actus adueniat
aut si maneat quin sit res distincta & signabilis aliquo
modo. Non sic autem est de pura potentia qualis est ma-
teria, quia pura potentia de se non distinguitur nisi à ni-
nilo & ab actu, quia cum sit ens qualemque, distinguitur
a nihil quod nullo modo est ens: & cum sit pura poten-
tia distinguitur ab actu, sed materia de se non distingui-
tur à materia, cum virtus sit pura potentia & neutrum sit
actus nec nihil, imo cum tota actualis entitas materia sit
sua forma, tota actualis vniuersitas vel diuersitas materiae cù
materia est à forma, ab eodem enim est entitas, vniuersitas &
diuersitas. In fundamento enim materia quod est mate-
ria nihil est distinctum quantum est de se secundum com-
mentatorem, propter quod alimentum aduenientis mate-
ria nutriti sub eadem forma penitus efficitur vnuum cum
ea, quia nec de se prius distinguebatur, sed per formam
vel formas quas prius habebant, forma autem qualibet
de se distinguitur ab alia.

21 Et ideo nullo modo potest cedere in vnum pen-
aus cum alio quin corrupatur, vel si remaneat quin sit ali-
quo modo distincta & signabilis, propter quod nulla est
simile quod isti adducunt de materia alimeneti adueniente
materie nutriti & de forma.

22 Secundum etiam simile quod adducunt de exten-
sione pellis nihil penitus valet, quia quando pellis exten-
ditur quantitas quantitatibus non additur, quia vel præexis-
tens adderetur, vel alia que de novo fieret, nō præexistens,
quia nulla appetit præexistere quæ ab extende accipia-

Sancto Porciano

tur & præexistenti addatur, nec aliqua de nouo sit, quia
omnis actio ad quacunque formam veram, & naturalem,
aut est alteratio vel habet alterationem prævia. Hicau-
ten non appetit aliqua talis alteratio prævia: ergo in ex-
tentione pellis maior quantitas appetit q[uod] prius, non pro-
pter aliquam quantitatem additam ad præexistentem re-
manentem, sed propter alteram vel vtrumq[ue] ducatur cau-
satur, vna est q[uod] pellis extenditur per talen modum quo
cera extenditur, quod fit quando aliquæ partes quæ prius
sibi iungebatur secundum latum per compressionem ce-
rae, iunguntur sibi secundum longum, & eodem modo par-
tes pellis quæ ante extensionem iunguntur sibi aliquæ
ter secundum grossiorem per extensionem iunguntur si-
bi secundum longitudinem. Cuius signum est, quia pellis
si extendatur, efficitur subtilior & minus spissa. Alia cau-
sa est, & postor q[uod] pellis est corpus porosum & molle, &
per extensionem pori dilatantur secundum illam dimen-
sionem secundum quæ pellis trahitur, & secundum aliam
stringuntur. Verbi gratia, si pellis trahatur secundum lon-
gum, pori qui prius erant rotundi efficiunt signu-
re oblonge, & partes pellis secundum latum iunguntur si-
bi propinquitas q[uod] prius, & ob hoc pellis efficitur maior se-
cundum longitudinem, et strictior secundum latitudinem,
aliud autem exemplum de extensiōne per rarefactionem
petit principium. Idem enim dubium est de identitate ca-
loris intensi, & remissi, & de modo identitatis, sicut de
identitate maioris & minoris quantitatis sequentis ad mo-
tu rarefactionis quæ est vera alteratio, ut habetur 4. Phy.
Et ideo vtrumq[ue] est æquæ dubium, nec est verum quod ab
isti opponitur.

23 D I C E N D V M est ergo ad articulū istum quod
si partes signabiles vocentur solē partes continui, quæ se-
mul accepi posse, sic forma intensa & remissa non sunt
partes signabiles in aliquæ vna forma, quia in eodem sub-
iecto & secundum eandem partem non est possibile eam
de formam secundum speciem simili esse intensam & re-
missam, sed hoc modo partes signabiles nimis stricte ac-
cipiuntur. Si vero partes signabiles vocentur omnes illæ
partes quæ in suo toto habent realem differentiam, ratio
ne cuius veri posse dici q[uod] vna nō est altera, quanvis sint
partes vniuersi numero, sic forma intensa, & remissa sunt par-
tes signabiles vniuersi formæ quæ in toto motu est vna con-
tinuitate, & si non simulante alium partum.

24 Circa quod aduentum q[uod] qualitas quæ secun-
dum se non est quanta nec diuisibilis potest habere con-
tinuitatem & diuisibilitatem dupliciter. Vno modo, quia
extenditur quantitate & continuitate subiecti sui, sicut ca-
lor ignis extenditur secundum quantitatem ignis, & al-
bedo nivis secundum quantitatem nivis, & quia qualis
bet pars ignis est calida, & qualibet pars nivis est alba, &
in qualibet parte subiecti est alia, & alia pars qualitatibus,
puta caloribus vel albedinis quæ cōstituunt vnuum calorem
& vnam albedinem vnitatem cōtinuitatem, sicut partes sub-
iecti constituant vnuum subiectum continuum. Et ideo
solum habet locum in qualitatibus quæ habet corpus quan-
tum pro subiecto.

25 Alio modo potest aliqua qualitas habere continua-
tatem & diuisibilitatem non à subiecto, nec secundum par-
tes subiecti, sed secundum motum & partes motus, cuius
est terminus, & per quem habet fieri in subiecto & acqui-
ri, quia cùm qualibet motus habeat partes, quarum qualibet
est motus, necesse est quod sicut duorum motuum præ-
cise diuersorum sunt termini præcis & simpliciter diuersi,
sic omnium partium motus quarum qualibet est quia
dam motus distinctus partialiter ab alio, sicut diuersi ter-
mini partialiter distincti constituentes sua continuitate
vnuum totalem terminū secundum quæ sit motus, & hac
continuitas differt à prima, quia partes primæ continua-
tis sunt simili permanentes sicut quantitas subiecti est per-
manens. Sed partes secundæ continuitatis non sunt perma-
nentes, nec sunt simili duratione, sicut nec partes motus,
propter quod sicut vna parte motus superueniente alia
desinit esse, sic est etiam in partibus formæ quæ intendi-
tur q[uod] abicit aliam ab eodem subiecto. Et quāvis ra-
tiones quæ adducuntur sunt in arguendo ad questionem sa-
tis efficaciter hoc probent, tamen possunt aliae adhuc ada-
duci ad probandum idem.

Lib. I. Distinctio. XVII.

26 Prima talis est, in omni motu terminus a quo abicitur & terminus ad quem acquiritur, sed in motu intentionis terminus a quo est forma remissa, terminus vero ad quem est forma intensa, ergo in tali motu forma remissa abicitur, & forma intensa acquiritur, & sic est alia & alia forma.

27 Ad hoc respondent quidam qd in motu intentionis terminus a quo non est forma quantum ad id quod est, quia sic manet, sed quantum ad priuationem perfectionis quae est in forma intensa, & sic non manet.

28 Sed istud non valet, quia sicut patet ex primo Phycorum ad transmutationem non pertinent per se & intrinsecum, nisi subiectum & terminus a quo & terminus ad quem, sed ad motum intentionis requiritur per se forma remissa quantum ad essentiam formae, quia motus intentionis non potest esse in non habente formam, ergo cum ipsa non sit subiectum, nec terminus ad quem relinquitur quod ipsa secundum id quod est essentia alter fit terminus a quo qui abicitur.

29 Item priuatione dicitur esse terminus a quo aut habet pro immmediato subiecto formam remissam aut subiectum formae. Non subiectum formae, quia tunc subiectum formae posset habere priuationem illam sine forma, & per coniugium posset habere priuationem eam a moueri motu intentionis quod est falsum, si forma est eius subiectum, sequitur qd ipsa sit subiectum perfectionis opposita, quia idem est subiectum priuationis & habitus, & sicut la perfectio non est idem cum forma, quia idem non est subiectum sui ipsius quod est falsum & contra eos, ergo & idem, ex quo sequitur, videlicet qd forma secundum id quod est non sit terminus a quo, sed priuatione perfectionis quae est in forma intensa.

30 Item idem est terminus ad quem remissionis qui est terminus a quo intentionis, quia isti motus se habent ex opposito, sed terminus ad quem remissionis non est sola priuatione, sed forma positiva. Minor probatur: quia actio illa est positiva, & ad positivum terminum, quae est a principio positivo agente ex necessitate naturae, sed actio per quam frigus aquae remittitur per calorem ignis est a principio positivo, scilicet a calore agente ex necessitate naturae, ergo est positiva, & ad terminum positivum, quod de se natu est agere, nec potest actionem suspendere, eo qd agit de necessitate naturae, si aliquid agit, agitur positivum & non priuationem, nisi quatuor ad positivum sequeretur aliquid priuationis: Semper enim principium actionis per se & eius terminus sibi inuicem correspontet. Secus est si in potestate sua est subtrahere suam influentiam, tunc huiusmodi non quidem actionis, sed subtractionis terminus est priuatione (scilicet tenebra) sed nullus agentis ex necessitate naturae potest esse terminus priuationis, nisi totaliter impeditur eius actio. Et tunc nec est ibi dare terminum nec actionem: in motu autem remissionis frigiditas aquae per calorem ignis non potest dici qd actio caloris totaliter impeditur. Alioquin non est remissio frigiditas aquae: quare, &c.

31 Secunda ratio est talis, agens intendens aut imprimit aliquid diuersum a precedente, aut non: Si non, ergo nulla variatio est in intentione quod est contra sensum: si sic, ergo forma intensa quam imprimit est diuersa a precedente remissa, & ex hoc veterius, sequitur qd illa remissa corruptatur, quia durat formae eiusdem speciei non sunt similares ad subiectum.

32 Ad hoc dicunt illi quod imprimente aliquid diuersum a precedente potest esse dupliciter, uno modo, quia facit formam omnino distinctam: Et hoc modo intendens non imprimit aliquid diuersum a precedente. Alio modo, quia facit precedens perfectius, & sic facit diuersum a precedente modo quo idem magis perfectum differt a seipso minus perfecto. Si autem fiat vis in nomine impressionis posset dici quod non imprimit de novo, sed imprimit perficit: & sic agit.

33 Ita responso in multis deficit, primo quia discordat a positione istorum: ponunt enim qd sicut materia aliamenti adueniat materia nutritio, sic per actionem intendensis adueniat aliquid priori formae, & constat qd materia aliamenti antequam adueniat nutritio, est totaliter alia a materia nutritio. Et similiiter oportet in intentione formae si fiat

Quæstio VII.

per illum modum quem isti ponunt, scilicet per additionem aliquius de novo aduentientis, quia noua actio & totaliter alia habet nouum terminum totaliter alium, sed actio intendens formam est noua & totaliter alia ab actione producentis formam, & quodammodo cadit inter ipsas multum tempus medium: ergo forma quae est terminus intentionis est totaliter alia a forma priore, qua fuit terminus praedictæ productionis. Si ergo intendens formam aliquid imprimit, illud est totaliter diuersum a precedente. Unde multo melius tenentur positionem suam, si dixerint qd illud imprimit est totaliter diuersum, sed sui additione cadebat in idem cum priore, quanvis hoc dictum sit falsum, & impossibile secundum cursum naturæ, vt prius probatum fuit, quod autem secundo dicitur qd intendens formam nihil imprimit, sed imprimum perficit & sic agit, ex pressis contradicit positioni eorum qd primum, quia isti expresse dicunt quod per intentionem aliquid superuenit priori forma, & modo dicunt qd nihil, aliquid autem & nihil expresse contradicit.

34 Item si nihil imprimit sed perficit & sic agit, ergo pertinet per nihil, & agit nihil agendo, quia omnia sunt absurdula & impossibilia.

35 Item perfectio formæ est aliquid positivum, aut ergo idem cum formâ quantum ad essentiam formæ, aut aliud. Non aliud tam secundum istos qd secundum veritatem, ergo idem est: ergo quod cauferat nouam perfectionem causat nouam formam quantum ad essentiam formæ, primum fit per intentionem, ergo & secundum.

36 Tertia ratio talis est, essentia essentialiter variata non est eadem essentia, sed forma intensa & remissa dicitur essentiam formæ essentialiter variata, ergo forma intensa & remissa non sunt eadem essentia. Maior pater, quia idem manens idem, vt sic non est variatum, propter quod essentia manens eadem essentia non variatur essentialiter: Et si variatur essentialiter, non manet eadem essentia. Minor similiter probatur, quia cum perfectio formæ sit ipsa in essentia formæ variatio perfectionis formæ est variatio essentie formæ & essentiales: quare, &c.

37 Ad hoc respondent qui prius & vt prius quod essentiam formæ variari etiam essentialiter potest sive dupliciter. Vno modo sic qd sint plures formæ totaliter diuersæ, & hoc non facit qualibet essentialis variatio potissimum illa qua est secundum intentionem & remissionem. Alio modo quod sint sic diuersæ qd una continet aliquam perfectionem quæ non continebar alia remanente tamen utrumque eadem essentia, & sic est in proposito.

38 Ita autem easio & omnes consimiles fruoles sunt: & stant in verbis sine re, quia quidocunq; aliqua sunt idem realiter adæquate & conueribiliter a quocunque differunt & reliquum, sed in formâ intensa, essentia formæ, & eius perfectio sunt idem realiter adæquate & conueribiliter, quia non est aliud neg secundum totum neg secundum partem essentia formæ & eius perfectio, sed sunt penitus idem: ergo cum forma intensa differat secundum istos a remissa ratione maioris perfectionis, sive quantia ad perfectionem necessaria est ut differat quantum ad essentiam.

39 T E N E N D U M est ergo quod forma intensa & remissa acquisitæ per motum possunt esse partes vnius formæ numero, & quæ non est vna indivisiibilitate, sed constitutæ suarum partium quæ non sunt simul, sed successivæ & vna superueniente alia definit esse & hoc modo distinguuntur.

40 De charitate autem de qua principaliter questionata est dicendum est qd si Deus augmentet eam per verum motum cōtinuum sicut etiam potest si vult, idem dicendum est quod de qualitatibus corporalibus dictum est. Si vero Deus augmentet charitatem per subitam influentiam sicut probabiliter est dicere, necesse est charitatem remissam & intensam esse omnino distinctas secundum numerum, nec possunt esse numero quocunq; modo vera unitas. Cuius ratio est quia sola cōtinuitas motus est ratio unitatis partium formæ acquisitæ per motum. Cum ergo tollitur motus tollitur ratio unitatis, & cōtinuitatis partium formæ quæ secundum se non habet quantitatem, nec partialitatem. Hoc autem est in charitate quando per subitam influentiam infunditur & augetur: quare, &c.

Magistri Durandi de

41 Rationes principales quae adducuntur sunt ad probandum q̄ forma intensa & remissa non sunt eadem forma secundum numerum concedenda sunt pro quanto probant q̄ forma intensa & remissa mutuo se expellunt tanq̄ partes viuis continui successivit sic ut in corpore questionis expositum est, sed non probant quin tota forma cuius illi sunt partes sit vna numero continuat.

42 A D Rationes in oppositum respondendū est: ad primā cā dicitur q̄ si intensum & remissum essent diuersa forme sequentur q̄ in quolibet motu intensiorē essent infinita formae. Dicendum est q̄ sic in quolibet motu sunt infinitas partes motus in potentia & viuenter aliter in quilibet continuo, sic in forma que per motū successivū & continuo acquiritur sunt infinite forme partiales que in sua continuitate cōstituunt vñā totalem formā secundum quā tota successio motus acquiritur, ramen secundū nullam earum est actu mutatim esse, nisi secundum finalē gradum ad quem terminatur motus, & hoc non est inconveniens immo necessariū q̄ infinitas formās in potentia per modum partium continuū sint in quilibet forma quā per motum acquiritur.

43. Ad secundum dicendum est quod forma remissa quando motum erat in subiecto sub esse fixo abducitur in instanti, sequens tamen forma non in reducitur in instanti sed in tempore, sicut enim per motum localem contactus mobilis cum alio corpore secundum suum ultimum soluitur in instanti, quia erat secundum individuibile, procelius vero mobilis ad quemcumque locum est successivus, quia unus locus quantitatem habet, sic recessus subiecti a forma remissa quod prius erat in subiecto sub esse fixo & individuabile in instanti, acquisitione vero formae sequentis per motum cum habeat latitudinem continuatur, sit in tempore.

44 Ad tertium dicendum q̄ frigidum remittens calidum aliquid imprimat non per se solum, sic cū calido coagente, vel conferuant calorē pristinū, sicut enim calidū & frigidū de nouo appropinquant eidem passivo causant tepidū nō alternū tantum, sed vitrumque, sic frigidū superueniens agenti & conferuant calorē circa id subiectū agit vna cum ipso remissiore calorē, non & seorsum vna causet calorē & aliud frigus, sed ambo tenentia locum virtutis agentis agunt effectū vtricū proportionabilem secundum modum sua virtutis.

QVÆSTIO OCTAVA

Vtrum charitas augeatur per quemlibet
actum meritorum.

Thos. 2. q. II + ar. 8. ad. 3. & 2. 2. q. 24. ar. e.

Ad quartum sic proceditur. Et arguitur quod charitas augeatur per quamlibet actum, quia quod potest facere maius potest & minus, sed maius est mererit vitam & eternam quam augmentum charitatis. Cum ergo per quamlibet actum informatum charitate homo mereatur vitam & eternam, videtur quod fortiori ratione mereatur augmentum charitatis.

2 Item autem primus actus aliquid operatur ad augmentum habitus aut non, si secundus & tertius, &c. quilibet alius, si non, eadem ratione nec secundus nec tertius, nec quilibet. igitur aut habitus nunquam augebitur quod est manifeste falsum, aut augebitur per quem libet actu.

3 IN CONTRARIUM est, quia habitus habet augmentari & generari ex eisdem, ut patet ex. a. Ethi. sed charitas non generatur in nobis ex actibus nostris, sed est a solo Deo eam influente, ergo per nullum actu nostrum potest augeri.

4 RESPONSI O. Videnda sunt tria, primum est qualiter se habent differenter actus nostri ad habitus infusos, & ad acquisitos in generatione & augmento eorum. Secundum est quid quilibet actus conformis habitui acquisito generat ipsum vel generatum prius augmentat. Tertium est quomodo se habeat actus nostri ad augmen-
tum characie.

SUM CHARITATIS.
SUM QVANTVM ad primum sciendum est quod habitus acquisitionis causantur ex actibus nostris. Infusi autem non, sed tantum a Deo, propter quod actus nostri se habet ad habitus acquisitionis aliquatenus effectivae, ad charitatem autem et ad habitus infusos non: sed tamen dispositi-

orcianno

titū per modum meriti. Et hoc tam respectu infusionis,
quam respectu augmenti. tamen ex eisdem fit acquistio
& eius augmentum.

Q Y A N T Y M ad secundum scindum quod non est alia difficultas de augmento habituum acquisitorum ex actibus sed de augmentatione aliarum qualitatum recipientium magis & minus. In omnibus enim ex uno actu non quoquiescet habente effectum positivum, generatur habitus vel qualitas ex quolibet simili augmentatione, quod patet sic: Omne enim passuum dum patitur ab agere recipit aliquam impressionem, quia non est intelligere passionem propriam dictam sine abiectione & receptione, nec imprimitur dictam sine receptione, actus enim conformis habitu agit in potentia quae nata est perfecti per habitum vel obiectum mediate actu, vel illud quod est causa actus, ergo aliquid imprimunt in potentiam. Nunc est ita quod quando impressio facta ab uno agente non absorbet aut rotulat corrumptur quoque si appropinquaret eadem passim agens, illud secundum agens sua impressione augmentat prius impressum. Si vero impressio prioris agentis abforbeat prius, tunc secundum agens de novo facit suam impressionem per modum sue virtutis. Impressio ergo facta per primum actum aut manet usq[ue] ad aduentum secundi, aut non. Si maneat illud augmentatur per secundum, si non maneat, quateram eodem modo de impressione facta per secundum & sic de aliis, & sequitur sicut non maneat & nunquam generabitur habitus. Si vero maneat iam generatus est habitus per talen actum & per quilibet actum alium augmentatum. Cum enim habitus & qualitas qualitas sit forma simplex oportet & unico actu acquiratur quantum ad id quod est per essentiam, quod dicit pro tanto quia quantum ad completationem rationem habitus non est sic, habitus enim & dispositio licet sint viares per essentiam differunt tamen in hoc, quia illud idem quod dicit dispositio per modum imperfecti instabilis est in habitus per modum stabilis & perfecti, qui ergo unus solus actus non potest suam impressionem facere subesse perfecto & stabili possit sine vibrari existere contraria dispositio potentia ideo quod generatur ex unico actu potius dicitur dispositio quam habitus.

7 DE TERTIO sciendum quod non omnis actus ex charitate committitur augmētum charitatis, sed solum illi qui sunt secundum proportionem charitatis informantis voluntatem, vel excellenter, puta ex toto conatu voluntatis. Cuius ratio est, quia ille folius dignus est accipiens qui bene virutē iam acceptis, fed habet hābitum iam intensum & remissi operans non virutē debito modo suo hābitu, quia actus non proportionatur intentioni hābitus, ergo per tales actus non meretur augmentum charitatis, sed solum per illos qui excellunt vel adequant ipsius hābitum.

Anci quād ipsū habuit.
A 8 A D PRIMVM argumentum dicendum q̄ maius est mererī augmentū charitatis, q̄ vitam aeternā, quia per illum actum per quem meremur augmētū charitatis meremur vitā eternā, & aliquid aliud scilicet charitatis augmentum & nō econtrafō. Non enim per omnem actum per quē meremur vitam eternā meremur augmētū charitatis.

* Ad secundum dicendum quod habitus acquisitus car-
satur ex unico actu quantum ad essentiam habitus & per
quemlibet actum sequente augetur. De habitu autem
infuso ut est charitas ad quem se habent actus nostri so-
lum meritior non est sic, quia per illos actus solum me-
remur augmentum habitus qui sunt proportionati habi-
tui vel excellentiores & causa dicta fuit. Argumentum in
oppositum solum probat & charitas non augetur ex acti-
bus nostris effectiva quod conceditur.

QVÆSTIONA.

Vtrum charitas possit augeri in infinitum.

Tho. 22. q. 24. ar. 7. de Aliaco. q. I. 9. ar. 3.

Q Vinto quaritur, vtrum charitas possit augeri in infinitum. Et videtur quod sic, quia bonus saltem in via semper potest proficere, ve dicit glos. Philip., sed non est profectus sine augmento charitatis: ergo charitas saltem in via semper potest augeri.

Lib. I. Distinctio. XVII.

2 Item si charitati repugnaret augeri etiam in infinitum, hoc esset ex parte agentis vel ex parte subiecti recipientis, vel ex limitatione ipsius charitatis, non ex parte agentis, quia Deus qui charitatem infundit & augeret est infinita virtus, & potest semper plus & plus infundere, nec ex parte capacitatibus subiecti, quia in voluntate eius duplex capacitas respectu charitatis, scilicet proxima & remota. Proxima est ex actionibus nostris, quibus reddimus nos dignos augmentationem charitatis. Remota vero est mutua potentia voluntatis, ex parte primae capacitatibus non est necessarium augmentum charitatis habere finem, quia quanto plus augetur charitas, tanto plus crecitur talis capacitas. Actus enim qui sunt ex maiori charitate reddunt nos digniores augmentationem charitatis. Nec ex parte secundae, quia potentia passiva finita non repugnat perfici in infinito successione, sic quod nunquam sit deuenire ad infinitum actum, neque respectu perfectionis diuerarum specierum, sicut quantitas est in potentia ad infinitas figuram successivam, pura ad trigonum & tetragonum, & sic deinceps, neque respectu cuiusdem forma dummodo formae non repugnet augeri in infinitum, quod autem non repugnat charitati talis infinitas patet, quia limitatio secundum speciem non repugnat infinitum gradum in eadem specie, quia limitatio secundum speciem ponit rem in gradu, a quo non potest se extenderet ad perfectionem alterius speciei, sed non impedit quin infra speciem posit temper plus & plus intendi non ponendo terminum in eadem specie, ergo ex nulla parte repugnat charitati augeri in infinitum.

3 IN CONTRARIUM arguitur sic, charitas metatur augeri, ut aucta mereatur perfici: sicut dicit Aug. ad Bonitatem, sed illud quod potest in infinitum augeri non potest perfici, nisi fieri actu infinitum quod reputatur impossibile potissimum in qualitatibus: ergo charitas non potest in infinitum augeri.

4 RESPONSO. Circa questionem istam est triplex modus dicendi. Primus est quod charitas & voluntas omnis forma sufficiens magis & minus potest augeri in infinitum, sicut tamen quod nunquam est deuenire ad infinitum actu.

5 Secundus modus est quod charitas specialiter (sed non omnis forma generaliter) potest habere tale augmentum.

6 Tertius est quod nec charitas, nec aliqua qualitas potest augeri in infinitum, sed est deuenire ad supremum gradum perfectionis ultra quem nec charitas, nec alia forma reperi potest. Ratio primi modi est, secunda ratio prius posita in arguendo ad questionem. Illa enim aequaliter probat de omni forma sufficiens magis & minus quod possit augeri in infinitum, scilicet virtute diuina sicut de charitate, ut patet consideranti virtutem rationis.

7 Ratio secundi modi est, quia magis & minus sunt per accesum maiorem & minorē ad terminum, vbi ergo terminus distat in infinitum ab antecedente, accesum potest esse infinitus, & ratio accedendi infinita, sed terminus rationalis creature (scilicet Deus) distat in infinitum a creatura: ergo accessus potest esse infinitus, & ratio accedendi infinita, charitas autem est ratio accedendi ad Deum, quare &c. Confirmatur haec ratio per exemplum. Si enim locus sursum distaret in infinitum quoque motu dato posset dari maior. Similiter est in proposito ut videtur. Item in numeris est processus in infinitum propter infinitum recessum ab unitate, ergo in charitate est processus in infinitum propter accesum infinitum ad Deum.

8 Ratio tertii modi est multiplex, una est, quia omnis natura que est deducibilis de partio ad maximum, si non habet terminum in maximo non habet terminum in minimo (ut patet in magnitudine molis: in qua sicut est possibile processus in infinitum augmentando quantitatem ex parte quantitatis, nec est dare terminum in maximo, sic est possibile processus in infinitum diminuendo, quantum est ex parte quantitatis, nec est dare terminum in minimo.) Sed in omni forma recipiente magis & minus est dare terminum in minimo ex ipsa natura formae, nec est ex illa parte possibile processus in infinitum: ergo in omni tali forma est dare terminum in maximo, nec est possibile processus in infinitum. Major probata est, minor declaratur, quia si per motum diminutionis & remissionis non est deuenire ad infinitum gradum, in quo forma posset

Quæstio IX.

61
faluari, sed semper esset inuenire imperfectiore gradum, tunc actio calidus remittens frigidum posset procedere in infinitum, hoc autem esset inconveniens, quia calidum posset sic in infinitum agerere, & nunquam introduceret calorem semper remanente frigideitate in subiecto.

9 Secundo, quia 8. Phys. vul. Philof. quod nullus motus alterationis potest esse infinitus, sed motus intentionis & remissionis est motus alterationis: ergo nullus talis motus potest tendere in infinitum. Tertio patet sic, idem inter terminos signatos & finite distantes impossibile est motus procedere in infinitum, sed abcedo & rigredo, vel calor & frigus accepte secundum aliquem gradum signatum sunt termini finite distantes, ergo impossibile est quod inter istos terminos aliquis motus possit procedere in infinitum, posset autem si forma posset remitti in infinitum, ergo illud est impossibile, quare & ipsum augeri in infinitum est impossibile.

10 Item natura generis magis requirit pluralitatem graduum specificorum quam natura formæ specifica requirit pluralitatem graduum intentionis & remissionis, quod patet ex hoc, quia nulla natura generis est sine pluralitate specierum actu ente vel possibili: multæ autem formæ specificæ sunt, quae non habent aliquam gradus latitudinem, nec habentes possunt, ut declaratum fuit prius, sed intra naturam generis non potest procedi in infinitum in pluralitate graduum specificorum, sed est dare supremum & infinitum, ut in genere animalium supremus gradus quo nec est, nec potest in genere animalium altior est natura humana: infinitus vero in aliqua specie, licet sit nobis ignota & in genere coloris album & nigrum, & universaliter in omnibus generibus habentes sub se veram contrarietatem extrema contrarietatis que maximè distant, claudunt inter se tanquam supremum & infinitum omnes gradus possibles sub forma specifica clauduntur fortiori ratione inter supremum & infinitum, propter quod non potest esse in eis processus in infinitum, & hoc non solum est verum in speciebus specialissimis que sunt in genere humano, sed etiam in omnibus speciebus que sunt sub supremo genere substantiae, ut infra patet, quod autem dictum est prius de qualitatibus in generali, scilicet quod non possunt augeri in infinitum puto quod verificetur de charitate: nec appareret quid obviaret prater ea quae dicta sunt pro confirmatione secundæ opinionis quorū solutio posset apparebit. Pro hac opinione est dictum Augustini in Enchir. vlt. ca. vbi dicit quod charitas crescit donec perueniat ad eam magnitudinem in qua maior esse non possit.

11 AD PRIMVM argumentum dicendum quod bonus in via semper potest proficer secundum communem cursum qui inuenitur in bonis, quia secundum quoddam ex ordinatione diuina charitas nunquam habetur hic perfecta, sed est tanta charitas patris in minimo beato ut nulla charitas viatoris aequaliter ei: & secunda hoc exponit illud quod Dominus dixit de Iohanne, Mat. ii. Qui minor est in regno colorum maior est illo, tamen considerando naturam charitatis secundum se, viator si dū procederet via uendo & semper proficeret in charitate tantum posset via uero & tantum proficeret quod charitas sua aequaliter charitate viatoris cuiuscunq; & etiam comprehensionis: vel potest dici quod quilibet bonus in via semper potest proficer vel quo ad augmentum charitatis, ut imprecepte, vel quo ad numerum actuum charitatis perfecte, sed illa multiplicatio actuum non merebitur augmentum charitatis iam existentis in suo termino.

12 Ad secundū patet solutio ex dictis in corpore questionis, scilicet quod omni qualitatibus sufficiens magis & minus repugnat infinitus gradus in eadem specie ut aliquatenus declaratum est.

13 Ad rationem qua probat specialiter de charitate & posse in infinitum augeri respondentum est. Cum enim dicitur quod vbi terminus distat in infinitum ab accidente potest accessus esse infinitus. Et ratio accedendi infinita. Dicendum quod vero est in accessu successivo & respectu termini sic distans quod non attingitur aliqua parte talis accessus, ut patet in exemplo adducto de motu sursum, si locus sursum distaret in infinitum: sed in proposito nostro accessus ad deum per charitatem non est illo modo

H 5 succel.

Magistri Durandi de
successivus, immo quilibet actu charitatis quantumcumque
indivisibili Deus attingitur ut obiectum, quia aliter non
est attingibilis terminus a nobis. Cum ergo attingatur
Deus actu etiam indivisibili non oportet propter accessum
ad ipsum ponere infinitatem in accessu, & si esset successivus
accessus, & infinitus, tamen non sequeretur quod charitas
quae est ratio accedendi posset esse infinita, sicut non oportet
quod grauitas esset infinita dato quod locis deorum
diffaret in infinitum & motus deorum ad ipsum esset
infinitus. Idem enim manens idem semper potest idem
facere, & si maneret in infinitum posset facere idem in infi-
nitum, propter quod grauitas finita sicut & charitas finita,
quandiu manerer posset causare accessum ad terminum
quantumcumque distanter. Si vero dicatur quod distan-
tia termini scilicet, Dei a creatura in infinitum est causa
accessus possibilis ad ipsum in infinitum non sic quod nun-
quam attingatur quantumcumque creatura accedat, sed
quia quantumcumque attingatur tamen plus in infinitum
est attingibilis: non enim potest Deus tantum diligere crea-
tura quin dato quo cum termino adhuc sit plus diligibilis.
Dicendum quod licet Deus sit diligibilis in infinitum
tanquam bonum infinitum, tamen creatura non est
dilecta in infinitum cum sit virtus finita, Deus tamen
diligitur a seipso infinite.

QVÆSTIO DECIMA.

Vtrum charitas posit diminui.

Tib. 22. q. 24. ar. 10. de Palude In. 3. d. 23. q. 3.

Potius quam qualiter est de necessitate charitatis & de
eius augmento, hic queritur de eius diminutione.
Et arguitur quod posit diminui quia formæ naturales
qua possunt intendi possunt remitti, ergo similiter est in
habitibus infusionis: sed charitas qua est habitus infusionis po-
test intendi, ergo potest remitti.

2. Item illa quæ sunt eiusdem rationis in essendo sunt
eiusdem efficacia in agendo, licet proportionabiliter, ita
quod illud quod natum est corrupti a maiori saltu natu-
rum est diminutum in minori, sed cupiditas maior & minor
sunt eiusdem rationis cum ex eodem procedat, cum ergo
maior cupiditas qua in peccato mortali charitatem omni-
nino corrumperat, videtur quod minor cupiditas qua est
in veniali tam diminuat.

3. C O N T R A . si charitas posit diminui hoc esset
per peccatum mortale vel veniale. Non per mortale quia
illud non diminuit charitatem, sed omnino corruptum.
Nec per veniale quia tunc tantum possint multiplicari
veniales quod taliter tollerent quia omne finitum tan-
dem confundit ablatio aliquotiens ab eo aliquo finito,
hoc autem est impossibile quia tunc per sola venialia ho-
mo posset damnari, quare &c.

4. R E S P O N S I O . circa essentiam habitu super-
naturalium quos infusiones dicimus nihil omnino possunt
actiones nostræ bona vel male nisi moritòri quo ad ge-
nerationem vel corruptionem, augmentationem vel diminu-
tionem, sed omnia sunt effectuæ a Deo. Et ideo quod actu
diminuatur si contingat hoc erit ex actionibus nostris mori-
toriæ, & a Deo effectuæ, quod autem habitus talis sit di-
minuibilis oportet quod sit ex natura habitus.

5. Quibus suppositis videnda sunt duo. Primum est an
charitas posit diminui. Secundum est vtrum aliquando
diminuatur secundum actu, quod autem posit diminui
quantum est de natura sua omnes concedunt, sicut quod
possit augeri & rationabiliter, quia omnis forma quæ non
consistit in indivisibili, sed habet latitudinem diversorum
graduum in quibus natura eius potest falvari talis forma
sicut potest per agens deduci de imperfecto gradu ad per-
fectum sic quantum est de se potest reduci de perfecto ad
imperfectum, sed charitas est huiusmodi ut dictum est
prius, ergo sicut charitas educitur de imperfecto gradu
ad perfectiorum per augmentationem sic potest reduci de per-
fecto ad imperfectum per diminutionem.

6. Vtrum autem quando diminuatur actu, duplex est

Sancto Porciano

opinio: una quorundam dicentium quod sic. Quorū ratio
est ista quia deus non est causa corruptionis charitatis, nisi
per auerionē voluntatis a Deo, quia sicut voluntas a Deo
omnino aueritur per peccatum mortale, sic aliqualiter per
peccatum veniale & si non omnino, dicente Aug. lib. confessio-
num. O magne minus te amat, qui tecum aliquid amat,
quod non propter te amat. In peccato autem veniali crea-
tura amatur non propter Deum, quia si propter Deum nul-
lum est peccatum, ergo videtur quod sicut propter to-
talem auerionem quæ a Deo est in peccato mortali cha-
ritas corrumperit, sic propter partialē quæ est in peccato
veniali charitas diminuitur. Pro hac opinione videatur
esse Aug. 3, quæ dicens, quod venenum charitatis est cupi-
ditas. Vbi autem magna cupiditas parua charitas, & vbi
nulla cupiditas perfecta charitas. Ex quo patet quod fe-
cundum augmentum cupiditatis est diminutio charitatis.
Constat autem quod sapientia augmentat cupiditas, ergo
sapientia minuitur charitas.

7. Item illud quod facit quod a principio minor chari-
tas infundatur facit quod charitas habita minoretur.
Sed peccatum veniale vel multitudo eorum si esset in ho-
mo anquam charitas infundetur faceret quod minor
charitas daretur, ergo habita charitate faciunt quod
minor.

8. Item demus duos qui sint in æquali charitate, quo-
rum unus peccat venialiter, alter non, non est probable
quod vterq; eorum sit æqualiter Deo charus. Sed ille ma-
gis qui non peccat, & ille minus qui peccat. Sed minus est
charus qui minus habet charitatem: ergo &c.

9. Ad rationem in oppositi respondent isti quod venialis
diminuitur charitat, nunquam tamen per sola venialia
corrumperit, sed venialis totiens iterari possunt quod cau-
sus talem dispositionem quod si homo procedat ultra
secundum illam dispositionem non poterit exire in actum
qui incidat in talem contemptum & libidinem, sic im-
probam quod erit peccatum mortale, per quod charitas
corrumperit & nunquam per aliquod veniale.

10. Quicquid sit de conclusione illud tantum quod di-
ctum est in solutione argumenti non valet propter multa.
Primum quia non oportet dare talem habitum vel disposi-
tionem in nobis. Cuius ratio est, quia omnis dispositio
& habitus causatur ex actionibus qui sunt vnius rationis. Ex
actionibus enim diuersarum rationum nullus habitus causatur.
Si ertim quis semel interperat concupiscere, deinde timeat
vbi non est timendum, & postea iniuste agat. Ex huius-
modi actionibus nunquam causabitur aliquis habitus in
temperantie, & confundiliter ex aliis actionibus eiusdem ratio-
nis frequenter causatur habitus correpondens, nunc eli-
ta quod peccata venialia, quibus homo potest peccare non
sunt vnius rationis, sed diuersarum: nec oportet quod pec-
cata venialiter peccet iteratione similius actionum. Sed po-
test peccare modo secundum vnam speciem peccati venia-
lis, modo secundum aliam: ergo non est necesse ex pecca-
tis venialibus cauari in nobis aliquam dispositionem vel
habituum qualem isti ponunt.

11. Secundo, quia dato quod causetur in nobis talis dis-
positione non est necesse hominibus ab ea recedere, vel secun-
dum eam procedere, quod patet faciliter ex ià dictis, quia
illa dispositio est causa ex peccatis venialibus vnius
speciei, sed secundum talem dispositionem non est necesse ho-
minem procedere ut peccet, nec ab ea recedere, sed potest
secundum alias species venialium peccare, quod faciendo neq;
procedit secundum dispositionem talem, nec ab ea recedit. Ter-
tiò, quia dato quod homo procederet secundum talem vel talè
dispositionem non est necesse quod peccaret mortaliter, quia
habitus & dispositio inclinat per se soli ad actus similes
illis ex quibus generantur sunt, sed talis dispositio generata
est ex actionibus peccatorum venialium vt tu dicas: ergo solum
inclinat per se ad peccandum venialiter & non mortaliter.

12. Item in actum deliberatum qui plenè est in potestate
voluntatis, nec habet aliquam colligantiam ad aliquid
præexistens non est necessarium voluntatem exire: sed
actus peccati mortalis est actus deliberatus. Est etià plenè
in potestate voluntatis, nec habet necessariam colligan-
tiam ad dispositionem tam ex peccatis venialibus, vel

da

Lib. I. Distinctio. XVII.

da illam, quia de se nulla apparet: ergo non est necessarium voluntatem exire in talen actum quantumcumque a precedente dispositione non recedat.

13 Quartò, quia concessis omnibus quae isti posunt, adhuc tamē in nullo soluta est ratio. Arguā enim faciendo talē consequentiā peccata venialia diminuant charitatem: ergo si semper multiplicarentur finaliter tollerent eam: consequens est falsum, scilicet charitatē posse tolli per venialia; consequentia autē de se patet, quia omne finitum per ablationem aliquius finiti tandem confunditur.

14 Sed adhuc posset dici aliter quā prius, videlicet q̄ si charitas posset in infinitum augeri ipsa posset similiter in infinitū minui sicut continuū quod cœficit in infinitū per appositionē potest minui in infinitum per diminutionē, & tunc si peccati veniale minueret charitatē ipsa tamen nunquā tolleretur quantumcumq; venialia multiplicarentur in infinitum, sed diminuere in infinitū, vnde cū illi qui ponunt charitatē posse in infinitū augeri debeant posse charitatē in infinitū posse minui, non possunt dicere conuenienter q̄ si charitas per peccatum veniale minuitur q̄ ipsa tollatur propter multiplicationem venialium.

15 V E R I V S ergo dicitur quod charitas nō potest in infinitū augeri nec minui. Dicendū ergo aliter q̄ charitas nunquā minuitur quantum ad essentiam habitus, quanvis quandoq; minuitur quantitā ad feruorem actus: quod trisplicer patet. Primo quia ex actibus nostris charitas non potest diminui nisi moritō, nec Deus effectivē minuit eam nisi propter culpam nostram, sed nulla culpa nostra meretur diminutionē charitatis: ergo charitas nunquā diminuitur secundū actū, probatio minoris. Culpa enim moralis nō meretur diminutionē eius, quia nō sit cum gratia. Sed magis meretur eius corruptionem. Similiter culpa venialis non meretur corruptionē cum stet cōgratia, nec diminutionē, quia omne quod natum est aliquid diminuere, ipsum vel perfectum in illa specie, vel aliquoq; tamen multiplicatiū natum est corripere, sicut omne quod natum est aliquid augere illud idē vel perfectū in illa specie vel aliquoq; multiplicatiū natum est simile generare, vt patet in omnibus formis naturalibus. In habitibus etiam acquisitiū videtur idem, quia ex cōfidebū actibus gerentur & augmentantur, & ex similibus corrumpuntur & minuentur, vt patet. 2. Ethic. & sicut est in augmentantibus & minuentibus effectuē sic (vt videtur) debet esse in augmentantibus & minuentibus moritō, sicut sum actus nostri respectu charitatis, sed nullum veniale, nec omnia simul meretur corruptionem charitatis, ergo nec diminutionem.

16 Secunda ratio talis est, ponatur q̄ aliquis creetur in minimo gradu charitatis, talis vt videtur potest peccare venialiter, ergo illud peccatum veniale aut minueret aliquid de charitate aut nihil. Si nihil pari ratione nec quodcumq; aliud. Si aliquid corripere eam cum non sit dare minorem gradum, hoc autem est impossibile, ergo &c.

Tb. I. q. 89.

2. d. 21. q. 4.

17 Respondetur ad hoc quod si talis crearetur in statu innocentia non posset peccare venialiter primo peccato sicut nec Adam potuit. Si autē in statu originalis peccati, idem sequeretur: quia habens originale solum, venies ad statum quia potest actualiter peccare non potest peccare primo peccato venialiter sed mortaliter. Itorum autem alterum est absurdū, scilicet quod aliquis creetur in statu originalis peccati & in minimo gradu charitatis, quia charitas non potest stare cum originali, alterum vero, scilicet quod crearetur in statu innocentia non est necessariū, sed posset creari in puris naturalibus sine iustitia originali tamē cum minimo gradu charitatis. Quod autem talis nō posset peccare venialiter primo peccato nulla ratio est. Adam enim hoc non potuit propter certitudinem quae erat in eo ratione iustitiae originalis, vt patet. Tertia ratio talis est, si peccati veniale minueret charitatem, minueret etiam premium essentialē quod respondet charitati. Decedens, ergo in tali statu puniretur pena eterna & perpetua diminutione premii essentialis si bi prius debiti quod est inconveniens, quare &c. & sic patet primum, scilicet quod charitas nunquā minuitur quantum ad essentiam habitus.

Quæstio X.

62

18 Secundum patet scilicet q̄ minuitur quandoq; quantum ad feruorem actus, quia actiones nostra procedentes ex habitibus infusis, sua frequētia causant in nobis qualitatem habilitatis secundū quas prompte & faciliter inclinamur ad tales actus, vnde experimur q̄ corrupta charitate in aliquo prius assuetu operibus charitatis adhuc in ipso remanet promptitudo quedā ad opera similia. Et iste habitus non est infusus nec superinfusus, sed ex actibus acquisitus. Ex hoc arguitur quādā aliqua duo cōcurrunt ad vnum effectū, impedimenti potest contingere in effectu ex parte vtrūq; illorū, sed ad feruorem actus charitatis duo cōcurrunt, scilicet intensio habitus charitatis & intensio habitus acquisiti ex frequētia actū nostrorum; ergo actus potest impeditiā solito feruore ex impedimento alterius istorū. Venialia autē minuant habitus tem, causatā ex actibus nostris & eam totaliter possunt tollere, etiā remanente charitate propter quod charitate non remissa per venialia feruor actus remittitur ex diminutione prædicta. Habitualis & repedit continuē intantum, vt quandoq; videatur homo carere charitate ac per hoc fiat promptus ad peccandum mortaliter.

19 S E D C O N T R A Hoc aliqui obiciunt duplicitem. Primo, quia feruor ut dicunt, est in viribus sensitiū ex redundantia charitatis que est in voluntate, ergo non potest feruor diminui, nisi causa feruoris diminuitur, scilicet charitas,

20 Secundū quia actus procedentes ex virtute moralis moraliter acquisita nō generant alium habitum, sed præcedentem confirmant, ergo similiter actus procedentes à virtute infusa, scilicet charitate non generant in nobis alium habitum sicut præcedens ratio assūmit. Sed tamen præcedentem charitatem confirmant. Et dicendū ad primum istorū quod feruor de quo loquimur est intentio actus voluntatis sed non actus virium sensitiuarum, vel dato quod vtrūq; vel nihilominus duplicitem causam habet, scilicet charitatem & illum habitum acquisitū ex frequentia actuum quo solo feruor diminuitur ex diminutione sua cause, fine diminutione charitatis.

21 Ad secundū dicendū quod non est simile de actibus procedentibus à virtute moralis acquisita, & de actibus procedentibus à virtute infusa cuiuscumodi est charitas, quia actus procedens à potentia perfecta per charitatem & est moralis de se & nihilominus supernaturalis ratione charitatis. Supernaturale enim & meritórum non excludunt naturale, sed potius includunt. Ex actibus ergo talibus vt sunt meritorii vel supernaturales nullus alius habitus acquiritur, sed præcedens confirmatur sed ex cōgratibus sunt morales potest aliquis habitus inferior generari & generatur. Et quia actus procedentes à virtute moralis acquisita non habent nisi alterū, scilicet quod sunt morales tantum, ideo nullum alium habitum generant, non morale, quia generatus est sed solum confirmant, nec supernaturalem, quia illa ad illum attingere non possunt, cū sit altioris gradus.

22 A D R A T I O N E S principales. Ad primā dīcendum quod nō plus probat nisi quod charitas quātum est de natura sua potest diminui sicut augeri quod concessum est, sed nō probat quod aliquando secundū actum minuitur sicut secundū actum augeretur.

23 Ad secundū dicendum quod minor est falsa, quia cupiditas quae est in peccato mortali & veniali non est vnius rationis in genere moris, quia cupiditas quae est in peccato mortali est contra præceptum & diuerit à fine propter quod tollit charitatem que est finis præcepti, sed cupiditas quae est in veniali non est contra præceptum, nec diuerit à fine propter quod non est proportionabilis earum actio ita vt sicut mortalis tanquam cupiditas maior meretur corruptionem charitatis, ita venialis tanquam minor meretur diminutionem eius.

24 Ad rationes alterius opinionis dicendū est. Ad primam q̄ nō est auctor eiusdem rationis in peccato mortalē & veniali, cūm veniale nō sit cōtra præceptū nec diuerat à fine, sed potius sit quietus & status in via circa finē eo q̄ talis actus nō refertur in finē, propter quod interrūpit actualis motus in finē, sed non est cōuersio aliquo modo oppositio.

Magistri Durandi de

oppositum finis, quare nec auersio à fine, veruntamen ex consuetudine talis interruptionis & disiuetudine cōuer-
sionis ad Deum minuitur habilitas que erat in nobis cau-
sata ex frequenti cōuersione ad Deū, sed nō habitus pro-
pter causam prédicā. In hoc sensu loquitur Aug. qui dicit
minus te amat qui tecum aliquid amat quod nō propter
te amat. In eodem sensu accipiendū est quod ibidē dicit
Aug. quod nō venenū charitatis est cupiditas. Constat enim
quod nō loquitur de mortali cupiditate, sed loquitur de
veniali que sicut est maior & minor, sic plus & minus mi-
niuit charitatem quo ad feruorē actus, sed non quo ad ef-
ficiētiū habitus, quanvis aliqui dicant q̄ talis cupiditas
contrariatur charitati, & eam minuit, quod satis est mira-
bile: quia contraria nunquam possunt simul stare. Iſi au-
tem ponunt talem cupiditatē manere cum charitate.

25 Ad aliud cūm dicitur q̄ id quod à principio, &c. di-
cendum est quod veniale peccatum vnum vel multa nō fac-
it quod à principio minor charitas detur, nisi quia facit
quod conatus volutatis sit minus intensus, & secundum
eius proportionem datur charitas de congruo vt dictum
fuit supra. Similiter cūm in peccatis venialibus non fit
et que intensus conatus, feruor & intensio actus charitatis
minuitur per peccata venialia, sed nō minuitur charitas,
quia charitas nunquam minuitur nisi per demeritum no-
strum de cōdigno, licet detur à principio propter solum
meritum de congruo, quia cōgruum est quod conatus exi-
stente intensiore intentior charitas detur, ideo quia per
peccatum veniale talis intensio remittitur, congruum est
vt minor charitas detur, sed diminutio feruoris actus
charitatis non meretur de cōdigno diminutionem eius,
alioquin per multa peccata venialia mereretur de con-
digno eius corruptionem quod est impossibile, propter
quod per talem diminutionem feruoris actus nō minui-
tur charitas quo ad efficiētiū habitus.

26 Ad aliud dicendum q̄ aliquis potest dici charus deo-
tripliciter. Vno modo denominatione intrinseca ab ha-
bitu in hære, & sc̄i qui sunt in equali charitate sunt eque
chari Deo quantumcumq; vnuus peccat venialiter, & alter
non. Alio modo dicitur aliquis charus Deo denomina-
tione extrinseca, sc̄i etat Deo diligente, & sic omnes di-
lecti à Deo sunt eque ei chari, siue habitus charitatis sit in
eis & qualis fuit non, quia dilectio Dei non recipit magis
& minus. Tertiō modo dicitur aliquis charus Deo deno-
minatione extrinseca ab effectu proprio, Deus enim di-
citur illos diligere quibus aliquod donū propriū & illos
odire quibus propriū ponā, & si duo existētes in equali
charitate quorum alter peccat venialiter alter non, sunt
& qualiter à Deo dilecti quantum ad p̄mū essentiale
quod respondet charitati, sed inqualiter quantū ad p̄mū
accidentale seu quantum ad dilationē p̄mī eten-
tialis, quia decadens in charitate sine aliquo peccato ve-
niali statim premiabitur, sed difcedens cum veniali non
statim premiabitur, sed punietur pro illo veniali ratione
etius punitionis potest sibi aliquo modo dici Deus ira-
tus.

DISTINCTIO XVIII. Divisio litera Magistri in generali

Præterea diligenter considerandum. Superioris Magis-
trier determinauit de processione Spiritus sancti, hic
verò inquirit nomen quod cōp̄et ei secundum modum
sua processionis, vnde specialiter in ista distin. tractatur
quomodo nomen donū conueniat Spiritu sancti. Et di-
viditur in tres partes. Primo inquirit, vtrum Spiritus san-
ctus eadem ratione dicatur donū & datū, & obici-
ad vitānque partem. Secundū solvit. Tertiō mouet quæ-
stionem incidentem. Secunda ibi, ad quod dicimus. Ter-
tia ibi, post hoc queritur. Secunda istarum diuiditur in
tres partes. Primo offendit differentiam inter donū &
datū ex parte proprietatis importate per nōmē. Secun-
dū ex parte originis. Tertiō ex parte datū. Secunda ibi, &
notandum. Tertia ibi, & secundū hoc quod sempiternē.
Cuilibet istarum partium adiungit vnam quæstionem
& solvit. Et in hoc terminatur sententia & divisio Magis-
tri in generali.

2 IN SPECIALI sic procedit: Et querit primō,
vtrum Spi. sanctus eadē ratione dicatur donū & datū.

Sancto Porciano

Et arguitur primō quod sic per Aug. quia à datione dic-
tur donū & darū. Deinde opponit in contrario, quia
donū dicitur ab æternō. Datū verò ex tempore. Postea
respondet Magister assignans vtrāq; differentiam inter
donū & darū: & dicit quod Spi. sanctus alia ratione
dicitur donū, & alia ratione datū: quia ex proprietate
relationis quam habuit ab æternō dicitur donū, nō au-
tem datū: quia ab æternō fuit donabilis, & ab æternō per
modum doni processit à patre & filio. Sic enim Spi. san-
ctus donū Dei, est procedere à patre & filio sicut natum
est eis filiū esse à patre. Et hoc confirmat autoritate Aug.
ab illa enim proprietate donū dicitur, à qua proprietati
sumitur nōmē domi. Nomen autem donū sumitur ex
actuali donatione: vnde ab æternō dicitur donū, quia
donabilis, à tempore verò dicitur datū, quia datur. Erat
autem donabilis ab æternō nobis, qui futuri eramus in
tempore, & non quia donatus à patre & filio, vel econ-
seruo. Querit etiam cūm filius fuerit nobis donabilis ex
tempore, quare non dicitur donū. Et responderet, quod
licet donabilis fuerit, non tamen ex modo sue processio-
nis quae est generatio, habuit ista donabilitem. Postea
assignat aliam differentiam inter donū & datū: quia
Spi. sanctus a processione æternā habet quod sit donū,
non quod sit datū, vnde Spiritui sancto esse donū, est
à patre & filio procedere: vnde dicit quod sicut Spi. san-
ctus ex processione sua æternā accipit vt sit ita etiā vt donū
sit, fed ex eo quod datur non habet vt sit, nec etiam vt do-
num sit, quia ab eodem habet eis & esse donū: & filius
quomodo nascēdo habet vt filius ita habet vt sit. Sed sic
dictio est, quia, vt dicit Aug. pater non est ex eo Deus
qui pater: nec filius eo est filius quo Deus. Et responderet
quod non eodem formaliter est filius & est, sed origi-
niter: & Spi. sanctus est eodem originaliter donū & deus:
quia per sua processione habet qui cūd habet essentiam
scilicet & relationem. Et concludit quod nōmē doni re-
spondet æternā processionē, nōmē dati temporali. Postea
querit aliam differentiam inter donū & datū: quia
Spi. sanctus secundum quod donū refertur ad patrem
& filium, ab quibus procedit secundū quod datur, refertur
ad dantē & ad eos quibus datur. Poterit ponit differentia
inter spiritum hominis & Spi. sanctum: dicens, Spiritus
enim hominis dicitur noster, quia per illū fūmus, sed Spi.
sanctus dicitur noster, quia nobis datur. Subdit etiam q̄
nomina quae important respectum alia principaliter re-
cipiūt additionem horum pronominiū, meū, nostrū.
Alia verò quae imponuntur à proprietate æternā non re-
cipiunt horum additionē vnde non dicitur filius noster,
sed spiritus noster. Ultimō querit cūm datum referatur
ad dantē & Spi. sanctus detur à se, vtrum posset dici re-
ferri ad se: cuius questionis solutionem differt vñque ad
tractatum in quo agitur de his quae relatiū Deo conve-
niunt. Et in hoc habetur sententia in speciali.

QUESTIO PRIMA.

Vtrum in diuinis donū sit aliiquid essen-
tiale, an notionale.
Tho. i. q. 8. ar. 1.

Circa distinctionem istam queruntur tria. Primum
est, vtrum donū in diuinis sit aliiquid essentiale, an
notionale, videtur quod sit essentiale: quia nullū notio-
nali conuenit essentiae sed esse donū conuenit essentiae
secundum Hilar. & de Trin. qui dicit quod essentia est do-
num quod datur filio à patre.

2 Item quicquid intelligitur in diuinis exclusa distinc-
tione personarum est essentiale: sed donū intelligitur
esse in diuinis exclusa distinctione personarū: quia si non
est nisi vna persona in diuinis adhuc illa posset dare
scip̄sam, sicut prius dictum fuit de patre, ergo &c.

3 Item omne nomen dicens respectum ad creaturam
est commune tribus, & essentiale: sed donū dicit res-
pectum ad creaturam cui darū, &c.

4 IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. 7.
de Trin. quod verbum nō dicitur nisi filius: nec donū
nisi Spi. sanctus: sed illud quod competit vni persona est
notionale, & non essentiale, ergo &c.

¶ R E S.